



1. De odio Variationis. R. P. Muller. R. J. B. Redel.
2. De spurio. H. S. Rossmassow.
3. De Principe legibus soluto. R. G. A. Struv. R. J. J. Hertel.
4. De Patrio. R. A. C. Romer. R. P. J. Gallorab Gollershin.
5. De murruratione praescriptionem impediante.
6. R. J. F. Schneider. R. L. C. Luedecke.
7. De militia lecta provinciali. R. J. S. Stryck. R. C. ab Otten.
8. De investigandis contractibus et actionibus ex contractibus, re, verbis, vel litteris initis.
9. R. S. Stryck. R. F. Acpluthg.
10. De crimine gratiae. R. J. F. Schneider. R. J. G. Luedecke.
11. De Testimonio Principis. R. Idem. R. A. F. Bode.
12. De Unitate Patris et filii. R. Samuel van Laker.
13. De usu practico doctrinae difficillimae. Juris Rom. de culparum praestations. R. C. Thomafig. R. C. B. L. P. S.
14. Paradoxon pro pure retractandi transactionem, novis instrumentis repertis ad l. 35. ff. de re jud. et l. 19. ar 29. C. de transact. R. J. P. Ludwig. R. B. B. Hoelder.
15. De vinculo matrimonii, ob legem astrictatis turpi vel honesto. R. A. Goetfche. R. J. C. Schönberg.
16. De Coelibatu poenae nomine imposto. R. J. F. Ludovici. R. S. P. Gasser.
17. De Propinquorum in sponsalibus consensu necessario. R. H. C. Gerdesig. R. J. C. Guel.
18. De Statu Imperii Rom. R. J. V. Bechmann. R. J. G. Klein.
19. De iure ceremoniali circa Legatos. R. J. Brunineman. R. S. P. Gasser.
20. De Restitutione in integrum ob metum. R. J. L. Mencke. R. J. F. Hoekner.
21. De litis contestatione eventuali. R. J. Stryck. R. H. Hoinsig.
22. De eo quod justum est circa pactum executivum ductu C. de pign. et hypoth. R. G. Barth. R. J. S. a Dusseldorf.

*Cælesti sospitante Nutu!*

Suffragio atq; autoritate  
Magnifici in Inclÿra ad Salam Academia Jctorum Ordinis,  
SUB PRÆSIDIO

*VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTIS-*  
*TISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI*

DN. JOHANNIS CHRISTO-  
PHORI *Falschners* Jctri & Antecessoris famige-  
ratisimi, Consiliarii Saxonici gravissimi, Curia Provincialis,  
Scabinatus & Facultatis Iuridicæ Assessoris meritisimi, h. r.  
DECANI spectabilis,

*Domini Præceptoris, Patroni atq; Mæcenatis sui per multos annos*  
*uti benefici, ita filiali honore & observantia sanctè colendi.*

DISCURSUM HUNC LEGALEM

DE

JURIBUS IMPVBE-  
RUM SINGULARIBUS,

Von Begnadigung- und Frey-  
heiten der Unmündigen/

Occasione §. 9. I. de inutil. stipul. l. un. C. quand. Impex inter pup.  
vel vid. & c. 1. de delict. puer. conscriptum,

Placidæ Eruditorum disquisitioni & Censuræ in Phronti-  
sterio Themidos

ad diem Octobr. 1667.

scripsit

HENRICUS *Sinck* / Sorbigâ Misn.

AUTOR.

JENÆ, Typis WERTHERIANIS.

22

*H. Sinck*



VIRIS

*Generosissimo, Nobilissimo, Maximeq; Strenuo,*  
DN. GEORGIO Schicken

*Hæreditario in Queitz / Ramsin &  
Stackendorf. &c.*

*Plurimum Reverendo, Excellenti atq; Praclarissimo,*

DN. M. DAVID. DIMPELIO,

*Theologo Celebris, Ecclesiæ Sorbigenis Pastori  
Primario & Superintenduræ Delitianæ*

*Adjuncto meritissimo,*

*Amplissimo item ac Consulissimo,*

DN. CHRISTIANO Voigten /

*Hæreditario in Zöberitz / Quæsturæ Sorbigen-  
sium Præfecto Spectatissimo,*

NEC NON

*Amplissimis, longorū rerum usu ac peritiâ Præstantissimis,*

DN. CONSULIBUS,

Singulisque

SENATORIBUS

*Reipublicæ Patriæ gravissimis,*

*Dominis Macenatibus, Patronis ac Promotoribus meis summè  
colendis, omniq; observantia cultu devenerandis,*

*Exercitium hocce Academicum*

*In debità gratitudinis & observantiæ Symbolum*

*offert atq; consecrat*

HENRICUS Lindt / Autor.



o. 7. 7.

## PRÆLOQUIUM.

Jurisprudentiam à Calumniis nonnullorum liberat, ejusq; æquitatem per jura singularia Impuberibus concessa confirmat.

**S**unt complures, qui non leves juri nostro calumnias adspargunt, propterea, quod legum multitudine & varietate laboret, reprehendunt, inde promanantem litium diuturnitatem objiciunt, ac in tantum à studio Themidos sacratissimæ animo sunt averso, ut isti Republicæ corruptæ causam attribuerè non erubescant. Hinc ne sine fundamento convitiari deprehendantur, fictis rationibus calumniosam illam adstruunt assertionem, eaque propter partim ad Imper. Friderici III. confugiunt auctoritatem, qui, uti tradit ex Goldast. in *Reichs-Sagungen* Limn. *de Jur. Publ. lib. 1. c. 10.* per Reformationem tam à privatis judiciis, quam publicis consiliis Jctorum ordinem excludere voluit; Das alle Doctores der Rechten in Heil. Röm. Reich Teutscher Nation an Cammer-Gericht bey Keinen Rechten und in Keines Fürsten oder andern Râthen mehr gelitten/sondern ganz abgethan werden solten &c. Partim verò confirmatione ex Pontificum Decretis petunt, maximè honorantes Rescriptû Honorii in *c. 28. de Privileg. & Excess. Privileg.* Sed de allegatâ fictitiâ Constitutione quid sentiendum, & an prædicto Imperatori adscribenda sit, ipse Goldast. testatur in der Anzeig/woher die Reichs-Sagungen genommen seyn. *sub tit. Teutscher Nation Nothdurfft. p. 312. Add. Dn. Conring. in Tr. de Orig. Jur. Germ. c. 32. Walther. de Privileg. Doct. c. 11. Limn. de Jur. Publ. lib. 8. c. 4. imprimis Dn. Tabor. in programm-*



mat. Argentorati anno 1648. propos. Ex rescripto Honorii verò manifestè perspicimus, quod Pontifices tantummodò sua placita populo inanimadvertenti obtrudere voluerint, remotis Imperator. Legibus. Meier. *de Hæret. p. 340. D. Conring. all. Tr. c. 25.* quæ tamen, teste ipso Honorio *in d. c. 28. æquitatis & justitiæ vëstigia sectantur.* Unde non solum Scriptores Romanenses Jus Justinianicum thesaurum omnium doctrinæ & eruditionis appellant. Petr. Fab. 2. *Semestr. i. Baron. ad tit. I. de Patr. potest. & Valla, juris interpretibus aliàs iniquior, in prefat. lib. 3. Elegant.* Sed & ipsi Theologi morales ad illud tanquam ad sacram confugiunt anchoram. Joh. de Dicastill. *de l. & I. prefat. & lib. 2. disp. 5. dub. 8.* Seculo quidem hoc nostro, non minus litigioso quam malitioso, de litium conquerendum est diturnitate cum Petr. Frider. *de Mand. Judic. lib. 2. c. 23. sect. 15. & Frid. Pruckman. Consil. 16. n. 47.* ita ut maledicum illud dixerim: **Juristen seynd böse Christen/ alleg. à Winth. lib. 1. Parthen. litigios. c. 7. n. 33.** sit vulgatissimum. In culpâ tamen minimè sunt leges nostræ, vel honorabilis Jctorum ordo, sed solum impii Causidici & Rabulæ, die Gerichts-Plauderer / welche fast alle Verschreibungen streitig zu machen wissen/ uti eos vocat Gail. *de Arrest. c. 9. n. 17.* qui advocacionis munus plus ad subversionem veritatis & litigiorum augmentum, quam ad dilucidationem justitiæ & litium diremptionem exercent. Joh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. p. 1. c. 6. n. 18.* Ventur. de Valent. *lib. 2. Parthen. litig. c. 7. n. 30.* Quod ipsum quoq; S. S. deplorat justitia *Micha. 7. v. 3. & Esa. 5. v. 20.* Unde eos tantum per superius allegatum convitium taxari putamus. Add. Joh. Bechstad. *in pref. Tr. de Bell.* ubi ex B. Luthero verum sensum oppositi dixerii dilucidat. Ideoq; iniquissimum est malorum odio bonos prægravare. *c. 22. d. R. I. in 6. & propterea juri nostro dicam, scribere, cujus summa æquitas ex omnibus fermè articulis luculenter patescit.* Fundamenti loco hac vice sint personæ miserabiles, quæ, æquitate naturali suadente, benignè atque humaniter sunt tractandæ, unde etiam miserabiles dicuntur,

cantur, quasi miseria habiles. Vent. de Valent. *d. Parth. litig.*  
*lib. 1. c. 11. n. 32.* Quis verò Jus nostrum, ac si humanitati & be-  
nignitati illi naturali contrarietur, inculpabit? Sola quippe  
*L. un. C. quand. Imper. inter. pup. vel vid. &c.* apertè contra-  
rium docebit. Miserabilibus personis Imperat. Constan-  
tinus *in d. l. un.* speciatim annumerat **Pupillos sive Im-**  
**puberes,** quibus sanè varia eaque egregia ac saluberrima  
concessa esse beneficia, cuilibet, qui jura saltem introspexit,  
notum erit; Quod itidem naturali rationi, præprimis vero ju-  
ri divino convenientissimum est, cum hoc expressè ipsorum  
personas judici commendat *Eccles. 4. v. 10.* Quæ materia Im-  
puberum, quo rarius discussa, eo magis mihi digna visa, ut in  
eâ ingenii vires periclitarer, & præcipua ac primaria ex variis  
juris partibus selecta publica disquisitioni committerem.  
Nullus equidem inficior, huncce qualem qualem ingenii co-  
natum vix ullius respondere expectationi, nec dignum esse,  
ut doctissima & dextrè polita ora subeat; Interim tamen te-  
stari poterit, quod non arrogans laudis cupido, sed Promo-  
torum expectatio elaborationem publici hujus speciminis  
mihi seriò præceperit. Animos itaque sperans placidos supre-  
mi **Numinis** invoco auxilium, Teq; **O Sancta Trias!** sup-  
plici pede veneror, opem Spiritusq; tui auram desideratissimè  
exoptans. Fac, quæso, huic Dissertationi promptum Tuæ Cle-  
mentix concede præsidium, & mentem manusque ita dirige,  
ut omnia ad gloriam S. S. tui Nominis vergant.

### C A P. I.

Definitionem tam nominalem quam rea-  
lem exhibet.

Quanta in jure nostro definitionis sit utilitas, tam propter  
rerum cognitionem, quæ definitione explicata lucidissi-  
me cuique apparent. Everhard. *in Loc. Top. à definit.* tum quod  
quasi amissis atque fundamentum totius Dissertationis sit,  
*Id. d. l.* neminem latere puto. Hinc solenne in foro disputan-

tium est, ne statim illotis manibus ad ipsius rei penetralia  
progressum faciant, sed prius definitionem tam nominalem  
quam realem evolvant, quorum vestigiis merito & mihi  
insistendum esse reor, non quod velim verbosam Disputatio-  
nem conscribere, sed quod in omnibus rebus animadvertam  
id perfectum, quod ex omnibus suis partibus constat. l. 1.  
*pr. ff. de Orig. Jur.*

S. 2.

Est itaque impubes nomen compositum ex prepositio-  
ne in, quæ secundum doctrinam Grammaticorum, si cum  
nominibus conjungitur, sæpe privationem denotat, ut hîc;  
& nomine Pubes, cujus vocabuli significationem nobis fer-  
me omnes Lexico-graphi, præprimis autem Calvin. in *Lexic.  
Jurid. ad vocab. Pubes.* & Isidor. in c. 3. de *despons. Impub.* exhibent,  
quo Benevolum Lectorem brevitatis gratia re-  
mitto.

S. 3.

Sumitur vox Impuberum plerumque dupliciter (1)  
strictè & in specie, quatenus denotat illos tantum, qui sunt  
infante majores, h. e. qui excefferunt quidem annû septimum,  
nondum autem attigerunt annos pubertatis. (2) Latè & ge-  
neraliter pro omnibus illis, qui pubertatem nondum sunt  
ingressi, ut ita hac significatione comprehendat etiam infan-  
tes, qui & ipsi impuberes sunt. S. *pupillus* 9. l. de *inutil. stipul.*  
ibique Dd. Add. Magnificus Dn. Richter? *Œtus & Anto-*  
*cessor in Almâ hac Salanâ celebratissimus, Facultatis Juridica Or-*  
*dinarius venerandus, Præceptor atq; Patronus meus summa obser-*  
*vantia colendus, p. 1. Dec. 1. n. 41.*

S. 4.

Nos hac vice utimur vocabulo Impuberum in latiori  
significatu, quatenus complectitur omnes illos, qui, cujus-  
cunque ætatis sint, adhuc tamen intra annos pubertatis sunt  
constituti. Dicuntur aliàs Pupilli. l. 239. *pr. de V. S.* sed sub  
hac



hac differentia, quod Impuberes generaliter quicumque vocentur, qui nondum pubertatem sunt ingressi. *l. 14. ff. de Scto Silan.* Pupilli verò, qui quidem Impuberes, sed sui juris, h. e. à patriâ potestate liberati sint. *d. l. 239. ibiq.* Alciat. *n. 1. Cujac. lib. 2. Observ. c. 23. in pr.* Interim nihilominus pupilli appellatio etiam ad eos pertinet, qui potestati parentum adhuc sunt subiecti. *l. fin. §. 2. de V. Obl. l. 7. §. 3. de. pecul. l. 4. C. de necessar. serv. hered. instit. quavis in aliquali latiori significatù.* Goedd. *ad cit. l. 239.* Borcholt. *de iurejur. c. 3. n. 9.* Harpr. *ad pr. l. de autor. Tut. n. 9.* B. Ludvv. *ad pr. l. de pupill. subst. n. 1*

§. 5.

Porro Impuberes nomine **Puerorum** in iure nostro veniunt. Putat quidem Panormitan. *in c. 2. de vot. & vot. redempt. c. 5. & c. 13. de desp. Impub.* quod saltem Infantia maiores proprio nomine pueri vocari queant, cui adscipiuntur Alciatus *ad l. 204. de V. S. & Spiegel. in Lex. Jur. ad verb. Pueri.* Sed rectè notant alii, quod puerorum & puellarum appellatione passim quoque Infantes comprehendantur, per *c. 12. de despons. Impub.* B. Dn. Ungep. *in Comm. ad Decret. de delict. puer. n. 2.* Germanico idiomate etiam **Waisen** appellari possunt, cum orphani sub pupillis revera contineantur, & vernacula nostra uno eodemque nomine exprimantur. Renneman. *de Jur. Person. membr. 1. dist. 3. th. 24. lit. A.* aliàs orphani in specie à pupillis in eo differunt, quod orphani dicantur, qui carent præsidio paterno, licet non amplius impuberes sint; Pupilli verò, qui adhuc sunt Impuberes & deserunt in patris potestate esse, aut morte aut emancipatione. *d. l. 239. de V. S.* Add. Paul. de Castr. *ad rubr. l. un. C. quand. Imper. int. pup.* Roland. à Vall. *Vol. 1. Consil. 76. n. 41.* Joh. del Castill. *Tr. Controv. Jur. quotid. p. 3. c. 25. v. 17.* Et hæc ad investigationem nominis sufficiant.

§. 6.

Progredimur ad definitionem sive descriptionem, de qua ex jam dictis facillimè constare poterit. Unde cum per jam tradita Impuberum latiore significatum, qui & in sacris pater-

paternis & extra ea constitutos includit; Dissertatio hæc præ-  
supponat, nobis Impuberes illi erunt, qui pubertatem nondum  
sunt ingressi, seu qui nondum pervenerunt ad annos discretio-  
nis, h. e. non compleverunt annum decimum quartum, si ma-  
res sint, vel annū duodecimū, si fœminæ. *pr. l. quib. mod. tutel. fin.*  
*l. ult. C. quand. tut. vel curat. esse def.* & sic pubertas certo termino  
**Jure Civili** est circumscripta; Secus ac **Jure Canonico**,  
quod eam non tam ex annis, quàm habitu corporis & potē-  
tiâ procreandi æstimat, atque sic impuberes citius pro puberi-  
bus habet, modò malitia ætatem suppleat. *c. 3. de despons. Impub.*  
*ibid. Canif. n. 1. c. 9. c. ult. eod. Hillig. ad Don. lib. 13. c. 19. lit. B.*  
*Schneidevv. ad tit. 1. de Nupt. p. 2. n. 10. Sürholt. Diss. 2. apb. 26.*  
*B. Ludvv. Ex. 2. tb. 3. B. Dn. Carpz. Jurispr. Consiit. lib. 2. tit. 1.*  
*def. 12. n. 13. Dn. Strauch. Diss. ad jus Justin. 2. apb. 9. Nobilissimus*  
*Dn. Præses, Præceptor, Patronus atq; Mæcenas meus ætatem*  
*devotissimâ observantiâ sanctè de venerandus, in Prælect. ad pr. l.*  
*quib. mod. tutel. fin.*

S. 7.

Elegans autem occurrit disquisitio, cur jure Civili &  
Saxonico, uti contra Coler. *p. 1. Dec. 6. n. 10.* deducit B. Dn.  
Carpzov. *p. 2. const. 11. def. 9.* mulieres citius pronuncientur  
puberes & nuptiis idoneæ, quàm masculi, cujus rei varii  
variam reddere conati sunt rationem. Accurs. & Bald. *ad l. s.*  
*ff. qui testam. fac. poss. & l. 2. C. de his qui ven. ætat.* exindè hoc  
fieri putant, quod mala herba citius crescat. Sed cum hoc im-  
pium atque in fœmineum sexum, contra jus divinum *Gen. 1.*  
*v. 27.* contumeliosum sit pronunciatum, ideoque alii alias  
inquirunt rationes ac statuunt, quod fœminis biennio citius  
jus nubendi propter votorum festinationē. *Macrob. 1. in Somn.*  
*Scipion. c. 6.* prævenientem vim naturæ. A. Gvib. *de matrim.*  
*c. 3. n. 30.* & periculum pudicitæ sit permillum. *Cypr. de Spon-*  
*sal. c. 9. §. 2. n. 7.* Christoph. *Befold. in Discurs. de Nupt. c. 8.*  
*n. 4. p. 37.* statuit id ex eo pervenisse, quod Legislatores puta-  
verint ad complexum maritalem majus requiri robur in ma-  
re, quam in fœminâ, ideoque perfectionem suo sexui con-  
gruen-

gruentem maturius fœminas assequi, præprimis cùm facilius  
sit ex doctrinâ Physicorum pati quam agere, & in generatio-  
ne fœmina passivè se tantum habeat. Quam in rem pluribus  
videri possunt Aristot. 7. *Histor. animal.* 3. Valles. 1. *Controv.*  
*Med. & Ph. l. c. 9.* Mich. Scot. *de Secret. nat. c. 1. & seq.* Arnif.  
*de Jur. Connub. c. 2. sect. 1. n. 22.* Hillig. *ad Don. lib. 13. c. 19. lit. B.*  
*Vinn. ad pr. I. quib. mod. tut. & alii.*

§. 8.

Sed hoc, quod fœminæ citius pro puberibz habeantur, pro-  
cedit saltem in **Civilibus**, non autem in **Criminalibus**.  
In materiâ enim delictorum hæc differentia non observatur,  
sed fœminæ æquè ac masculi ante completum decimum quar-  
tum annum jure ac beneficio Impuberum gaudent, & sic à  
pœna ordinaria liberantur arg. *Ord. Crim. art. 164. in verb.*  
*So der Dieb oder Diebin ihres Alters unter 14. Jahren wâren/  
die sollen nicht von Leben zum tode gerichtet werden. B. Dn. Carpz.*  
*p. 2. C. 11. def. 9. & p. 3. Prax. Crim. quest. 143. n. 26. Magnif. Dn.*  
*Richter/ p. 1. dec. 1. n. 37. & 56. Nobilissimus Dn. Joh. Volck.*  
*Bechmann / Jctus & Antecessor hujus Salana famigeratissimus,*  
*Præceptor, Patronus atq; Evergeta meus humillima observantia pro-*  
*sequendus, in Pralect. publ. ad Schnob. D. 4. th. 21. in verb. atrociter.*

## C A P. II.

### Divisionem Impuberum proponit,

§. 1.

CUM ex supra dictis colligi possit, Impuberes in universum  
non esse unius generis, ideoq; lubet impræsentiarum de  
eorum divisione nonnulla subicere, & ad nostrum facientia  
scopum breviter delibare. Dividuntur autem in **infantes**,  
**infantiæ proximos** & **pubertati proximos**. §. 9. *I. de*  
*inutil. stipul.* ita tamen, ut diverso longè respectu infantie  
proximi & pubertati proximi dicantur. Hi sc. ratione ejus  
temporis quod futurum; Illi verò ratione ejus quod jam  
elapsus est, nempe infantie. Et cum pubertati proximos  
tantum, non etiam infantie proximos doli capaces esse pro-  
ditum

B

ditum



ditum sit l. 23. ff. de furt. l. 4. §. 26. in verb. deniq; ff. de dol. mal. & met. except. l. iii. de R. J. l. 1. §. 15. ff. de pos. c. 1. de delict. puer. non frustra à Doctõribus, quis infantia vel pubertati proximus sit, tam sollicitè, uti ex subsequentiõibus patebit, inquiritur.

§. 2.

Infantes dicuntur, qui septem annis sunt minores. l. 18. pr. C. de jur. delib. l. 14. ff. de sponsal. l. 1. §. 2. ff. de administr. & per. tut. c. 1. de despons. impub. in 6. à privativo non fando, ut ipsum innuit vocabulum. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cas. 57. n. 7. & seq. quia vix fari & loqui possunt. d. l. 1. §. 2. de admin. & peric. tut. Ac licet non raro contingat, ut alii tardius, alii citius fari incipiant, voluerunt tamen juris Autores certum aliquod tempus Infantia, sicut Pubertati præscribere, ut nim. anno terminetur septimo tam in mare, quam in foemina. d. text. idq; ambiguitatis vitanda & controversiarum tollendarum gratia, quæ ex hac incertitudine oriri possent. Cujac. de Præscrip. c. 25. Vult. i. Jurispr. 4. n. 24. Menoch. cit. loc. n. 9. Hillig. ad Don. lib. 7. c. 9. lit. D. Hinc nullum dubium est, insigniter illos labi, inter quos Carol. Molina. ad l. 1. ff. de Verb. Obl. n. 4. & seq. ac Tribonianomasticem illum Anton. Fabr. i. Jurispr. Papin. tit. 12. pr. 6. illat. 3. pag. 812. & seq. reperiri video, qui & bimulos, trimulos, quadrimulos, & ita porro, si modò naturaliter loqui & fari possint, pro infantibus amplius haud æstimant. Quem errorem jam dudum notarunt Hillig. ad Donell. d. lib. 7. c. 9. lit. D. & Riemer. in Tr. de Contr. c. 10. §. 42. inter loqui naturaliter & fari cum sensu vel judicio distinguentes. Add. Magnificus Dn. Struv. Jctus & Antecessor in hac Almâ Salanâ celebratissimus, Patronus, Promotor atq; Præceptor meus summâ observantiâ colendus, in Syn. Jur. Civ. Ex. 29. rb. 3.

§. 3.

Aliàs quoque Infantis nomen filium filiamque cujuscunque ætatis continet, prout arg. l. 41. §. ult. de Leg. 3. & l. 26. §. 2. de fideicom. libert. asserit Gilbert. Reg. lib. 2. c. 1. c. ult. Quæ significatio Romæ in usu fuit ætate Hieronymi, teste ipso in quest. ad Genes. Exinde in Hispaniam delata dignitatis no-

men

men

men hodiè refert in liberis Regum, qui Infantes salutantur. Dan. Otto. *de jur. Publ. c. 7. in fin. p. 147.* Drac. *de Patrie. p. 217. n. 6.* Molin. *tom. 3. de l. & l. Disp. 626. n. 10.* Befold. *in Thesaur. Præf. voc. Infans.* Quin & jus Saxonicum omnes Impuberes, qui nondum decimum quartum ætatis annum attigerunt, Infantes appellitare solet, ut probat *art. 42. lib. 1. LandR. in verb. Wenn ein Kind zu seinen Jahren kommen etc.* & Gl. *lat. ad text. art. 65. lib. 2. LandR. in verb. Kein Kind mag unter seinen Jahren was thun / da es seinen Leib mit verwtrecken kan etc.* Vid. B. Du. Carpz. *p. 3. Pmx. Crim. q. 143. n. 25.* Magnif. *Dn. Richer / p. 1. dec. 1. n. 54.*

§. 4.

Infantiæ verò & pubertati proximus quis dicatur inter Interpretes non constat: Etenim Egvin. Baro *ad §. 9. l. de inuril. stipul.* proximum infantia eum esse existimat, qui annos octo natus est, & proximum pubertati, qui undecimum annum est ingressus. Hostiensis *in c. 6. de despons. Impub.* proximum pubertati eum esse affirmat, cui tres tantum dies ad pubertatem supersunt, motus *l. 3. §. ult. ff. de lib. exhib.* Sed quomodo hic textus sit explicandus abundè docet Menoch. *d. lib. 2. c. 57. n. 36.* eumque secutus Philip. Matth. *ad l. 108. de R. I. n. 49.* Innocentius *in c. 6. & 10. de despons. Impub.* Infantiæ proximios eos esse dicit, quorum Infantiæ sex menses accesserunt; Pubertati verò proximios quibus ad plenam pubertatem sex menses adhuc desunt, per *l. 17. in pr. de Excus. tut. & l. 14. ff. de St. Silan.* Consimili fere modo Jacob. Cujac. *ad sep. cit. §. 9. de Inutil. Scip. Petr. Fab. ad l. 5. de R. I. & Joh. Borcholt. in Comm. de Verb. Obl. c. 3. n. 11.* Infantiæ proximum dicunt, qui egressus est Infantiæ, & linguæ gnarus rerum ignarus est; Pubertati verò proximum, qui prope pubertatem est, ita ut anale saltem vel semestre tempus reliquum sit per *jam d. text.* Verum quid ad illos respondendum sit demonstrat Gædd. *de contrab. & commis. stipul. c. 7. Concl. 12. n. 192.* Joh. Robert. *lib. 3. animadv. jur. Civ. c. 23.* Menoch. *d. cas. 57. n. 28.* & Harpr. *ad pr. l. de aut. Tut. n. 20. & 21.*

## §. 5.

Accurf. ad d. §. 9. I. de inutit. stipul. in verb. Infantia. tempus, quod Infantiam usque ad Pubertatem sequitur, tam in mare quam in feminam dividit, & in duas partes æquales secat, harumque unam infantia, alteram pubertati proximis adsignat, ut infantia proximus mas dicatur ab anno septimo usque ad annum decimum & dimidium: foemella verò usque ad annum nonum & dimidium; Ac deinceps proximus pubertati mas usque ad annum decimum quartum, foemina usque ad duodecimum. Et hæc sententia certa aliqua, nec non, probabili nititur ratione, ea sc. quæ desumitur ex §. ult. I. quib. ex caus. manum. non lic. §. ult. I. de vulg. subst. & l. 41. ff. de hered. instit. quod in re dubia media sit eligenda via. Unde non solum Villalob. in Commun. opin. verb. pubertati. n. 387. & Eman. Soarez. in Thes. recept. sentent. verb. pubertati. n. 357. eam communem esse asserunt; Sed & plures sequuntur Interpretes, ut Gomez. Tom. 3. Var. Res. c. 1. n. 57. Donell. ad l. 127. de Verb. Obl. n. 10. Hunn. lib. 1. Var. Resol. tr. 4. quest. 16. Bocer. de quest. Torti. c. 4. Joh. Bonifacius in Tr. de furt. §. 10. n. 114. Dn. Hahn. ad Wesenbec. de pact. n. 5. Vinn. ad d. §. 9. Inst. de inutit. stipul. n. 2. & plures alii, quibus & nos calculum adjiceremus, nisi id quod pro regula tradit Ulpian. in l. 1. in fin. ff. de jur. delib. diversum svaderet.

## §. 6.

Demum plerique alii arbitrio judicis relinquendum esse statuunt, qua ætate quis ante Pubertatem vel infantia vel pubertati proximus sit dicendus. Salic. ad l. 7. C. de pæn. Covarruv. p. 2. de matrim. c. 5. n. 7. Prosp. Farin p. 3. Prax. Crim. quest. 92. n. 15. Joh. Coraf. lib. 6. Miscell. c. 23. n. 6. Kornmann. Tr. de Virgin. c. 5. atque hanc sententiam tanquam verissimam, nos etiam probamus, cum ex arbitrio judicis pendere debeat id, quod expressè definitum non est, nec per certam juris rationem ex mente Legis decidi potest, juxta illud Ulpian. in d. l. 1. §. 2. ff. de jur. delib. & Pontificis in c. ult. de Transact. ita tamen, ut judex non tantum annorum, sed & discretionis, temperamentis, aliarumque circumstantiarum & qualitatatum ratio-

rationem habeat, quibus probè perpensis hac de re facillimè  
judicare, & ætatis gradus pro dolo & astutia delinquentis  
constituere potest, uti post præd. Interpret. docent Hieron.  
de Cavall. in Spec. aur. opin. comm. quæst. 291. n. 3. & seq. Cædd.  
d. tr. de contrab. & comm. stip. c. 7. concl. 12. n. 204. Speckhan.  
Cent. 1. quæst. 44. Petr. Theodor. in Coll. Crim. Disp. 10. th. 4. lit. E.  
B. Dn. Carpz. p. 2. Prax. crim. quæst. 82. n. 7. it. p. 3. q. 143. n. 33.  
Magnif. Dn. Richter / p. 1. Dec. 1. n. 50. & Dn. Philipp. in Usu Pract.  
ad Instit. lib. 4. Eccl. 8. n. 8. & seq.

### CAP. III.

Progressum ad specialia Impuberum jura facit,  
eaque, quibus in judiciis gaudent,  
absolvit.

#### §. 1.

**R**atio ordinis imperat, ut postquam nomen, definitionem  
& divisionem Impuberum aliquatenus fusius expendimus,  
nunc ad jura eorum transgressum faciamus, quorum causa  
impulsiva summa est æquitas, uti ipsum demonstrat Jus Divi-  
num, quippe quod non solum aliquoties pupillorum mentio-  
nem facit, ut Exod. 22. v. 22. 23. & 24. ut & Esa. 1. v. 23.  
it. in Epist. Iac. c. 1. v. 27. Sed & peculiariter quam plurimis,  
præcipuè Principum fidei ac sollicitudini commendat, ut ni-  
hil dubii sit quin Deus opt. max. illos in peculiarem suam tu-  
telam receperit, atque contra iniquos oppressores fortiter  
tueri velit, id quod cum primis patet ex Deut. 24. v. 17. &  
Exod. 22. d. v. 22. ubi Jehova serio præcipit, ne ladantur, &  
contra facientibus gravissimam minatur pœnam in verb. Vi-  
due & pupillo non nocebitis, si leseritis eos, vociferabuntur ad me,  
& ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, per-  
cutiamq; vos gladio, & erunt Uxores vestre vidue & Filii vestri  
pupilli. Similia leguntur apud Malach. c. 3. v. 5. Zach. c. 7. v. 10.  
Jerem. c. 22. v. 3. & seq.

#### §. 2.

Comperunt autem Impuberibus jura singularia circa  
causas tam Civiles quam Criminales. Sed ne ratione ob-

jecti confuso ordine incedamus, methodicè illa explicabi-  
mus, & quidem prius proponemus ea jura atque beneficia,  
quæ ipsis competunt in **Civilibus**, sive in **judicio**, sive  
**extra judicium**, & quidem extra judicium vel ratione  
**personarum**, vel ratione **rerum**, de quibus disponere vo-  
lunt & **ultima Voluntate** & inter **Vivos**, sive res sine  
**allodiales** sive **feudales**. Denique **specialia** in causis **Cri-**  
**iminalibus** annectemus.

§. 3.

**Judicium** quòd attinet, quia in illo **primaria** solet esse  
quæstio de **fori competentia**, ideoque erit ante omnia  
examinandum **speciale privilegium à Constantino Imper.**  
*in l. un. C. quand. Imper. inter pup. vel vid. &c.* Impuberibus **ra-**  
**tione fori** indultum, quod tamen ipsis tum demum tribui-  
tur, si à potestate liberati sint. *l. 293. de V. S. Dn. Brunnem.*  
*in Comm. sup. Cod. ad d. l. un.* Secus enim est, si adhuc in patris  
vel avi existant potestate. Vinc. de Franch. *Dec. 671.* Nec  
refert, si Impuberes jure eo uti velint, an tutores ac defenso-  
res habeant vel non, quamvis aliter sentiat Paul. de Castr.  
*in Rubr. d. l. un.* Vid. Vultej. *ad cit. l. un.* Hillig. *ad Donell. lib.*  
*17. c. 20. lit. B.* B. Dn. Carpozov. *in Proc. tit. 3. art. 6. n. 9. & 10.*  
Quin nec in pauperioribus tantum, uti quidem post Barr.  
aliosq; citatos autumat Viv. Neapolit. *Dec. 521. n. 7. & 8.* Sed  
etiam in divitibus obtinet. Ex quo enim miserabilibus con-  
cessum est hoc privilegium *d. l. un.* eo ipso differentia inter  
pauperes ac divites est explosa, neq; divitiarum, sed conditio pu-  
pillaris ætatis, quæ communiter premi solet, consideranda  
venit. Rol. à Vall. *Vol. 1. Consl. 70. n. 34.* Vultej. *ad d. l. un.*  
*p. 10.* Dn. Brunnem. *ibid.* Gail. *lib. 1. Observ. 1. n. 40.* B. Dn.  
Carpozov. *in Proc. all. loc. n. 20.*

§. 4.

Est autem saluberrimo hoc fori privilegio id juris à Con-  
stantino Imper. Impuberibus concessum, ut (1) extra propri-



um domicilium aut provinciam in jus vel iudicium, si conveniantur, etiam per rescriptum Principis trahi nequeant. *d. l. un. ibiq.* Salic. *n. 2.* & Dn. Brunnem. quamvis iudex provincie sit negligens. Joh. Oldendorp. *Tr. de Jur. Sing. tit. de privileg. pers. miser. n. 1.* Paul. de Castr. *ad cit. l. un. n. 2.* Sichard. *ibid. n. 3.* (2) ut adversarios suos e provincia, in qua sunt, ad auditorium sive Curiam Imperatoris evocare possint. Et hoc favor impuberum extorsit, cum tali modo multæ præscindantur expensæ aliàs ob litium diuturnitatem erogandæ. Joh. del Castill. *Tr. contro. jur. quotid. p. 3. c. 25. n. 4.* licet reis conventis minus gratum sit, quippe qui in supremo iudicio actione pulsati de incompetentiâ fori excipere, ac beneficio primæ instantiæ se tueri nequeunt. *d. l. un. ibiq.* Castr. *n. 14.* Vultej. *n. 18.* & Brunnem. *Mar. p. 4. dist. 9. n. 77.* Gail. *lib. 10. Observ. 1. n. 40.* B. Dn. Carpozov. *in Proc. tit. 3. art. 6. n. 1. & seq.*

§. 5.

Hodie licet privilegium illud in Imperio Romano quoad personam Imperatoris amplius locum non habeat, nec in Camera Imperiali observetur, teste Gail. *d. l. 1. Observ. 1. n. 40.* cui jung. Paurmeist. *2. de Jurisd. c. 4. n. 97.* Bocer. *de Jurisd. c. 3. n. 4.* & Vultej. *ad sep. cit. l. un. n. 20.* Nihil tamen est, quod Status Imperii impediât, quo minus constitutionem Constantini Imperat. salubriter praticare possint, unde eam in territoriis Statuum & Electoratu Saxonie vigori suo & observantiæ relictam esse testatur B. Dn. Carpozov. *lib. 2. tit. 2. Resp. 19. n. 14. & seq. it. in Proc. tit. 3. art. 6. n. 6.* Add. Dn. Brunnem. *cit. loc.* Extra Imperium vero Romanum, præsertim in Gallia atque Hispania, in quibus usurpatur jus Romanum, privilegii istius usum adhuc esse, ut pote quarum Reges potestatem in regnis suis habeant absolutam, asserit Vultej. *ad d. l. un. n. 21.* & cum eo B. Dn. Carpozov. *all. loc.*

§. 6.

Privilegium fori excipit domicilium, quod aliàs competentiam fori tribuit, & is demum constituere potest, qui annuum perpetuò in loco consistendi habet, cuiusque in arbitrio

bitrio est, habitationem quocunque loco velit instituere. Quoniam itaque Impuberes non habent plenum intellectum, non facile sibi de novo constituent domicilium, sed censentur retinere domicilium patris arg. *l. un. C. ubi per. tut. Frantzk. lib. 1. res. 16. n. 29.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 9. th. 27.* Quod si tamen Impuberes aliò se conferant, & simul majorem suarum rerum partem transferant, cum primis, si bona immobilia in patriâ legitimè vendantur, videntur re ipsa & facto domicilium ibi constituere; Sicut & aliæ obligationes, quæ ex re tantummodò oriuntur, in Impuberes cadunt. *l. 46. de oblig. & act. Frantzk. d. l. n. 31. & seq. Magnif. Dn. Struv. cit. Ex. th. 27. ibiq; allegatus Bald. lib. 4. Conf. 130. n. 2.*

§. 7.

Sequitur citatio, circa quam itidem ratione Impuberum observandum est, quod infantes plane in jus vocari, sive (ut hodie sublato juris & judicii discrimine loquimur. Bachov. *ad tit. de in jus voc. n. 3.* Frantzk. *ibid. n. 20.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 5. th. 7.*) citari nequeant, sed saltem eorum tutores. *l. 4. in pr. ff. de in jus voc. l. 1. §. 2. ff. de adm. & per. tut.* Hillig *ad Don. lib. 23. c. 2. lit. X. B. Dn. Carpzov. in Proc. tit. 7. art. 2. n. 17.* Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 5. th. 5.* Unde consequitur porrò, quod Infantes immunes sint ab onere Repressaliarum, quia secundum communem Doctorum sententiam in jus vocari prohibiti repressaliari non possunt. Jacob à Canib. *in tr. de Repress. p. 1. n. 45.* Laud. *de Repress. n. 39. & seq.* Impuberes infante majores, si adhuc in patris sint potestate, etiam in jus vocari seu citari prohibentur. *l. 22. pr. ff. de in jus voc.* Dn. Hahn. *ad Wes. eod. tit. n. 5.* secus autem est, si sint sui juris, tunc quidem citari possunt, non tamen soli, sed cum tutoribus, & frilli desint, cum conjunctis, aliàs citatio pupilli non valet. *l. 5. §. 1. ff. quib. ex caus. in possess. eat.* Mynsing. *lib. 2. Observ. 35.* Gail. *2. Observ. 107. n. 7.* Hillig. *ad Don. lib. 23. c. 2. lit. X.* Impuberes enim absque tutore legitimam standi in judicio personam non habent *l. 1. & l. 2. C. qui legit. pers. stand. in Jud. l. 4. C. si advers. rem. jud.*

§. 8. Hinc

Hinc sententia contra Impuberes indefensos lata nullius est momenti *l. 45. §. 2. de re jud. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 25. def. 5. n. 2.* B. Dn. Carpzov. *in Proc. tit. 16. art. 4. n. 33.* nisi in favorem eorum vergat, tunc enim valet, quia in actibus concernentibus favorem pupillorum legitimam personam habere dicuntur. *l. 28. ff. de pact. ibiq. Bald. & Jas. pr. l. de autor. Tutor. B. Dn. Carpz. all. loc. n. 37.* modò sint infante majores, nam si adhuc Infantes sunt, eum furiosis æquiparari soleant, non valet sententia, si vel maximè in ipsorum commodum lata sit. *§. 9. de inutil. stip. Mynsing. 2. Observ. 36.* Sic porrò licet in bona Impuberum à iudice missio decerni possit, non quidem ex causa latitationis, quia non possunt dici dolo latitare, quibus animus fraudandi deest. *l. 7. §. 9. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* ita ut ne quidem in aliis negotiis actione doli teneantur. *l. 22. ff. ad L. Cornel. de fals. nisi pubertati proximi, & ex fraude locupletiores facti fuerint. l. 13. §. 1. ff. de dol. Magnif. Dn. Struv. Ex. 8. th. 39.* Sed si non defendantur. *l. 3. l. 4. l. 5. l. 7. §. 10. 11. & 12. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Quia tamè nihilominus missus, si postmodum impuberes defensi fuerint, possessione decedere debet. *l. 5. §. 2. & 3. eod. tit. Zæf. ibid. n. 6.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 44. th. 34.* atque sic favor juris optimè Impuberibus prospicit; unde caveat quoq; iudex, ne executionem rei judicatae contra Impuberes Tutoribus destitutos suscipiat, alias enim nulla est & invalida, usq; adeò, ut bona, in quæ hujusmodi Executio facta, ante omnia restituenda sint. *arg. l. 1. C. qui legit. person. stand. in jud. l. 4. C. si advers. rem jud. B. Dn. Carpz. in Proc. tit. 25. art. 1. n. 32.*

## §. 9.

Quin & si Impuberibus in iudicio tutor adsistat, nihilominus propter favorem causæ pupillaris solennia Processus non ita rigorosè observari debent, præcipuè quoad terminum probatorium. Si enim elapso termino majores quoq; ad probandum ulterius ex justa causa admittuntur. *l. 1. C. de dilat. Gail. 1. Obs. 105. & Observ. 107. n. 5. Rauchb. p. 1. q. 3. n. 18. Berlich. p. 1. Concl. 14. D. Carpzov. in Proc. tit. 13. art. 1. n. 172.* Et adversus omissam probationem minores propter beneficium restitutionis in integrum

C

gram

grum audiuntur. l. 36. ff. de minor. c. 3. de in integr. restit. multo magis elapso termino admittendi sunt Impuberes, pro quibus major militat ratio. Add. Carpzov. d. l. n. 178. & Magnif. Dn. Struv. Ex. 8. tb. 47. atq; secundum hanc sententiam non, ita pridem die sc. 7. Febr. currentis anni in Sachen Actorn Vormunden Dorotheen Elisabethen von Porzigk/ in Vormundschaft ihrer mit Andreen von Ohlen zu Meyhen erzeugten Tochter Illustre Regiment Leucopetraum decidit. Daß Actor und Producent sich gestalten Sachen nach/und weil es Unmündige betrifft/ an production der Documenten noch zur Zeit nicht verfeinnet. Probatio verò in se legitimè per argumenta sufficientem fidem facientia, & ad testimonium ferendum idoneos testes fieri debet, siquidem inhabiles testes fidem non faciunt. l. 2. l. 3. ff. de testib.

§. 10.

Sunt verò testes inhabiles ex pluribus causis, præprimis etiam ratione tenellæ ætatis, unde impuberes ad testificandum adhiberi non possunt. l. 3. §. 5. ff. de test. l. 19. §. 1. ff. eod. c. testes. 1. quest. 3. Caus. 4. Magnif. Dn. Struv. Ex. 28. tb. 38. Et hoc non solum in actibus judicialibus procedit, sed etiam in extrajudicialibus, v. g. in testamentis. §. 6. 1. de test. ordin. ibiq; Vinn. n. 2. l. 20. in pr. ff. qui test. fac. poss. Imò in criminalibus per l. 20. ff. de test. Duaren. ad tit. de test. n. 9. Dn. Hahn in Not. ad Wesf. de test. n. 3. nisi vel (1) gravitas causæ & atrocitas delicti testimonium Impuberum urgeat, unde in crimine læsæ Majestatis eos testes habiles putamus arg. l. 10. in pr. junct. §. 1. de quest. Duaren. d. l. Hunn. ad Treuil. Vol. 2. disp. 5. tb. 8. Dn. Strauch. Diff. 25. apb. 13. vel (2) negotium sit difficilis probationis, ubi de veritate aliter constare non potest, tunc enim ipsorum depositioni quoque standum erit. Farinac. de Test. quest. 62. B. Dn. Carpz. p. 1. Const. 16. def. 73. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 28. tb. 41. Unde in Processu Inquisitorio Puer, qui vix dum Infantiam excessit, super facto difficilioris probationis, ubi de veritate ex ejus testimonio aliquo modo constare potest, examinari valet.

§. 11.

§. II.

Præterea pubertati proximorum testimonium, secundum communem Dd. interpretationem, præsumptionem quandam operatur ad hoc, ut in defectu aliarum probationum juramentum cuidam deferri possit, quod omninò in Practica tenendum esse momet Sichard. *ad l. 2. §. 2. C. de jurejur. propt. calumn. dand. n. 4. & 5.* Vid. Dn. Hahn. *ad Wesf. de test. n. 3.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 28. th. 38.* Quin & puberes facti de eo, quod in ætate impubere viderunt, testari possunt, per tradita Prosp. Farinac. *de test. quest. 58. n. 53.* Rosbach. *de test. n. 6.* Oldendorp. *de test. c. 4. n. 17.* Dn. Hahn. *d. l.* B. Dn. Carpov. *p. 1. Const. 16. def. 55.* Magnif. Dn. Struv. *cit. loc.* quod tamen non aliter intellectum volumus, quam de iis tantummodò rebus, quæ tempore ætatis pupillaris in sensum & intellectum Impuberum cadere potuerunt, uti post alios declarat Farin. *d. l. n. 58.* B. Dn. Carpov. *in Proc. tit. 13. art. 5. n. 112.* Qua de causa non valebit testimonium Impuberum de iis, quæ viderunt in Infantia. *l. 14. de St. Silan.* Campegi. *de test. reg. 250. vers. 2.* Farinac. *d. l. n. 61.* B. Dn. Carpov. *in Proc. all. loc.*

§. 12.

Relata de prohibito Impuberum testimonio demonstrant, quod nec ad juramenti præstationem admittantur. Quoniam enim substantia depositionis in juramento consistit per *l. 9. pr. C. de test. c. 5. eod.* ideoque Impuberes, qui ad testimonium non admittuntur, multominus erunt habiles ad juramentum præstandum, quippe quod majoris est ponderis. Zoef. *ad ff. de juref. n. 5.* Unde constat, quod JURE CIVILI neque jusjurandum in litem affectionis præstare. *l. 4. pr. ff. de in lit. jur.* Borcholt. *de in lit. jur. c. 3. n. 9.* Hillig. *ad Don. lib. 26. c. 7. lit. B. C. D.* Dn. Hahn. *ad Wesf. tit. de in lit. jur. n. 4.* neque aliàs ita jurare possint, ut ex Sacramento præstato obligentur arg. *l. 5. in fin. C. de Leg.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 17. th. 15.* Vel *Auth. Sacramenta puberum. C. si advers. vendit.* in Impuberibus doli capacibus locum habere queat, uti contra Afflicti. *Dec. 312.* Panormitan. *lib. 1. Consl. 39.* & Seraphin. *de privileg. jurum. privil. 83. n. 74.* deducunt Glossi. & Jaf. cum multis aliis *ad d. Auth. Covarruv. p. 1. de Sponsal. c. 5. §. 1.*

n. 4. Fachin. 3. *Controv.* 10. nisi quis asserere velit, per indirectum tantum pubertati proximos ad servandum juramentum obligari, ut perjuri, de quo tanquam delicto tenentur, pœnam evitare possint. Magnif. Dn. Struv. *cit. Ex. & tb.* Aliter se habet JURE CANONICO, quippe secundum quod pubertati proximus, intelligens quid sit juramentum obligatur. c. 28. de *jurej. c. 1. de delict. puer.* Svarez. *lib. 1. de juram. c. 14.* Interim tamen, ut juret cogi nequit. c. 14. c. 15. c. 16. q. 5. *Caus. 22. Zesl. de jurej. n. 5.* Magnif. Dn. Struv. *cit. loc.*

§. 13.

Et hæc de juramento saltem promissorio vel confirmatorio intelligenda veniunt. Hillig. ad Donell. *lib. 24. c. 17. lit. H.* Secus enim est in juramento litis decisorio, quod actor in judicio omnibus cujuscunque sexus, ætatis aut conditionis sint, deferre potest. l. 26. *pr. ff. de jurej.* Unde dubitandum non est, quin ad Juramenti delati præstationem admittatur Impubes, si lubens eam susceperit. Accurs. & Gothofr. *ad d. l. 26. Jerem. Setfer. de jurum. lib. 4. c. 3. n. 5.* Borcholt. *de jurejur. c. 14. n. 7.* B. Dn. Carpzov. *in Proc. tit. 11. art. 2. n. 10.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 17. tb. 37.* Notanter dicimus, Impuberem volentem tantummodo admittendum esse, unde si iurare nolit, ad hoc cogendus non est. l. 34. §. 2. *ff. de jurej.* ob præjudicium quod imminet animæ pupilli, quippe quod ipsemet ad jurandum sit obstrictus; adeoque hoc casu differenda est præstatio juramenti, donec pubes factus fuerit, ut dum demum vel saltem de credulitate juret, vel juramentum referat. B. Dn. Carpzov. *p. 1. Const. 12. def. 42.* Magnif. Dn. Struv. *d. Ex. 17. tb. 37.* Aliud obtinet in delatione. Quia enim rerum suarum administrationem Impuberes non habent. l. 17. §. 1. *ff. de jurejur.* absque tutore neque deferre, neque delati gratiam facere possunt. l. 17. §. 1. l. 32. *ff. eod. l. 1. §. 1. ff. quar. rer. act. non det.* ne quidem tutori super actione tutelæ. l. 4. *C. de reb. Cred. Zanger. de Except. p. 3. c. 16. n. 42.* Borch. *de jurejur. c. 3. n. 9.* B. Dn. Carpzov. *p. 1. Const. 14. def. 12.* Magnif. Dn. Struv. *d. Ex. 17. tb. 36.*

§. 14.

Præterea quoque notandum, quod Impuberes iudices esse nequeant. *l. 12. §. 2. ff. de iud. l. 2. §. 1. de R. J. Don. lib. 17. c. 24. ibiq; Hillig. lit. E. Magnif. Dn. Struv. Ex. 9. th. 10.* Unde nec in eos, ut arbitri sint, compromissio valet. *l. 9. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. absurdum enim esset, quem prohibere à iudicio, & tamen iudicem compromissarium admittere.* Anton. August. *de L. in L. Jul. Judic. præsertim cum & puberes 20. annis minores ab arbitrio removeantur. l. 41. ff. de recept. qui arbitr.* Nec etiam ita ad officium iudicis eligi possunt, ut post pubertatem exerceant, quia tempus electionis considerari debet, ut notat Bartol. in *l. 22. pr. ff. ad L. Cornel. de fals. & Dec. ad l. 2. §. 1. ff. de R. J. n. 2.*

## CAP. IV.

## Singularia Impuberibus ratione personæ competentia refert.

**H**Astenus de specialibus Impuberibus circa iudicium concessis, succedunt ex Lege methodi singularia ratione personæ, inter quæ meritò primum debet obtinere locum, quod de Infantibus peculiariter constituit Jus Divinum, eos sc. in urbium expugnatione esse reservandos. *Deut. 20. v. 14.* Ratio peti potest partim ex *seq. c. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 20. & 2. Paralip. 25. v. 4.* partim verò exinde, quod innocentia consilii eos tueatur. *l. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Neque huic assertioni adversantur exempla, quæ in contrarium esse videntur, puta *Gen. 7. v. 22. Gen. 19. v. 25. Num. 16. v. 32. 1. Sam. 15. v. 3. 1. Reg. 21. v. 21.* & quod ipse Deus ad Mosen dixit *Exod. 20. v. 5. Deut. 5. v. 9.* quod sit Dominus fortis ac Zelotes, ideoque velit filios punire ob peccata parentum. Eleganter enim ad hæc & alia in contrarium facientia cum Cornel. à Lap. *ad d. c. 5. Deut. v. 9.* & Bened. Perer. in *Gen. tom. 2. l. 14. D. 4. n. 167.* respondet Magnif. Dn. Struv. *Ex. 46. th. 86.* Confer. Aug. *Epist. 75. ad Auxil. Episc.* cujus sententiam refert *c. 1. q. 2. caus. 24. Did. Covarruv. 2. Var. resol. 8. Hugo. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 21. n. 14. Osland. ad c. 20. Exod. v. 5. & Brent. sup. Deut. c. 24. v. 16.*

Deinde notandum, quod Impuberes ab omnibus officiis civilibus sint immunes. *l. 2. §. 1. de R. J.* quamvis necessitas penuriae hominum cogat. *l. 2. §. 1. ff. de jur. immunit.* Idem quoque obtinet in officiis Ecclesiasticis. *c. 3. de etat. & qualit. presic.* cum ad Ecclesiarum regimen tales personae sint admittendae, quae discretionem praeminent, morumque fulgent honestate, uti dicitur *in d. c. 3. B. Dn. Ungep. in Comm. ad Decret. tit. de etat. & qualit. presic. n. 2. & seq.* Valer. Andr. Dessel. *in Erot. Jur. Can. ad d. c.* Sed hoc procedit saltem in officiis & dignitatibus cum administratione; Secus est, si dignitas administrationem non habeat conjunctam, ad quam etiam Impuberes habiles videntur. *l. 1. C. de muner. & honor. l. ult. C. de testam. milit.* Unde in Ecclesiasticis possunt habere canonicatum in Ecclesia cathedrali, licet vocem dare non possint. *c. 32. de Elect. in. 6. Dec. ad l. 2. §. 1. de R. J. n. 7.* Imò etiam jure hereditario vel successionis dignitatem cum administratione consequi possunt, per tradita Bald. & Angel. *in l. fin. C. de testam. milit.* ita tamen, ut tunc regantur per tutores arg. *c. 2. de suppl. neglig. Pralat. n. 6. vid. Dec. ad d. l. 2. §. 1. de R. J. n. 8.*

## §. 3.

Porro ratione alimentorum Impuberibus relictorum hoc in jure nostro singulare occurrit, quod legata usque ad pubertatem non finiantur anno 14. vel 12. sed debeantur usque ad plenam pubertatem, hocque favore alimentorum receptum est. *l. 14. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. ubiq.* Gothofr. Magnif. Dn. Struv. *Ex. 35. tb. 66.* Veniunt autem nomine alimentorum omnia illa, sine quibus corpus exhiberi nequit, ut cibaria, vestitus, habitatio. *l. 6. de alim. & cib. leg.* non verò sumptus, ad disciplinas humaniores addiscendas. *d. l. 6. Dn. Hahn. ad Wefenbec. cod. tit. n. 1. Magnif. Dn. Struv. Ex. 35. tb. 77.* nisi vel dispositione Legis debeantur, ut à tutore, qui prospicere debet pupillo non tantum de alimentis pro modo facultatum. *r. t. C. de alim. pup. prest. l. 2. l. 3. ff. ubi pupill. educ.* Sed & de Informatione. *l. 4. ff. ubi pup. educ. deb. l. 12. §. 3. de*



de administr. & per. tut. l. 6. §. 5. ff. de Carbon. Edict. Dn. Struv.  
Ex. 31. tb. 62. vel jure naturæ, ut à patre. Pii enim parentis est,  
curare ut studiis & disciplinis humanioribus liberi imbuantur;  
arg. l. 5. §. 12. ff. de agnosc. & alend. lib. Mynsing. cent. 3. Observ.  
12. Magnif. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 77.

§. 4.

Non solum autem pater legitime procreatis, sed etiam  
ex concubitu, cum scemina non meretriciam vitam profiten-  
te, progenitis alimenta suppeditare debet. c. 5. in fin. de eo,  
qui dux. in matrim. l. 9. C. de patr. potest. Nov. Elect. Aug. p. 4.  
Const. 27. vers. Und da sie von ihn Leibes-Frucht hat etc. Nevizan. in  
Sylv. Nupt. lib. 3. verb. stuprator. n. 25. Dn. Hahn. ad L. Jul. de  
Adule. n. 21. B. Dn. Carpzov. p. 2. Prax. Crim. q. 64. n. 104. &  
105. it. p. 4. Const. 27. def. 5. Magnif. Dn. Richter / p. 2. Dec. 88. n. 13.  
Magnif. Dn. Struv. Ex. 30. tb. 79. Et quidem quam primum  
infans natus fuerit. l. 4. l. 5. §. 1. 7. 10. ff. de agnosc. & alend. lib.  
Dn. Hahn. ad Wesenbec. eod. tit. n. 4. in fin. Nec hoc infringit,  
quod Dan. Möller. ad d. Const. 27. n. 2. Hartm. Pistor. Observ.  
27. Coler. p. 3. Dec. 176. n. 90. matri onus alimentationis in-  
jungant, usque dum pervenerit Infans ad tertium ætatis an-  
num, per all. l. 9. C. de patr. pot. Quia d. l. ad alimenta lactis  
eorumque præbitionem restringenda est, ante triennium  
enim non solebant infantes mammã depelli, uti testatur  
Gothofr. ad l. 9. verb. trimo. Bachov. & Dn. Hahn. ad cit. tit. de  
agnosc. & alend. lib. n. 4. Convenit Jus Divinum. 2. Maccab. 7. v. 27.  
ideoque nihilominus Stuprator ad præstationem alimentorum &  
sumptuum, si quos præter lactationem infans desiderat, tenetur,  
quod subsequens pronunciatum celeberrimi Jenensium Dica-  
sterii confirmat; Demnach A. B. solch Kind 3. Jahr lang bey der  
Mutter / und folgendts bey ihr oder andern in verforge schuldig: Als  
werde berührte 3. Jahr der Mutter zum Unterhalt des Kindes / weis  
es zur Welt geboren / entweder wöchentlich 4. Groschen / oder jähr-  
lich zehen Gulden von ihn billig ausgezahlet und erleger. Vid. B.  
Dn. Carpz. all. loc. Et hæc alimenta præstanda sunt Impuberibus,  
donec sibi ipsi ea parare, seque suis operis exhibere possunt. l. 5.  
§. 7. ff. de agnosc. & alend. lib. Bis so lang sie sich selbst mit Arbeit  
erneh.

ernehrens/ oder ihr Brod verdienen können. Magnif. Dn. Richter?  
d. dec. 88. n. 37. a quonam autem tempore sibi victum proprio  
labore acquirere possint, propter disparitatem naturæ hominum,  
certa regula definiri non potest, ideoque discretioni iudicis  
committitur. Vid. B. Dn. Carpov. in *Pr. Crim. all. loc. n. iii.*  
ubi usque ad 13. ætatis annum loco alimentorum quotannis 12.  
Sexagenas antiquas adiudicatas fuisse refert.

§. 5.

Progredimur jam <sup>ad</sup> causas matrimoniales. Quia  
verò nuptias sponsalia præcedunt, ideoque de iis prius videbi-  
mus. Et quidem Infantes quod attinet, licet in iis interdum  
major intellectus, quam in puero octo vel novem annorum  
deprehendatur, nihilominus sponsalia contrahere nequeunt,  
sed si quæ inierint, irrita sunt atque inutilia. l. 14. ff. de sponsal.  
c. 4. c. 5. c. 13. de despons. impub. Nec hoc in casu malitia ætatem  
de jure Canonico, perinde ut in matrimonio, supplere potest.  
arg. c. 2. de desp. impub. sicut contra Gloss. in c. 3. de sponsal. & Co-  
varruv. cum Panormit. ad d. c. 3. deducit Fachin. 3. Controv. 26. Dif-  
ferentia rationem exhibet Id. Fachin. all. loc. & B. Ludvv. Ex. 2.  
ib. 3. lit. B. Alii verò Impuberes, qui majores septem annis sunt,  
licet quidem ad sponsalia de præfenti non admittantur. c. fin. de  
despons. impub. Schneidvv. ad tit. 7. de Nupt. p. 2. n. 11. quippe  
quod in illis non sit pœnitentiæ locus. c. pen. de sponsal. Magnif.  
Dn. Struv. Ex. 29. ib. 13. Attamen sponsalia de futuro omnino  
contrahere possunt. c. 4. de desp. impub. sed ante pubertatem ab  
iis recedere aut pœnitere nequeunt. c. 9. Ec. seq. de desp. Imp.  
Beust. de Sponsal. c. 3. Scheidevv. cit. loc. n. 13.

§. 6.

An autem is, qui prius ad legitimam ætatem pervenit,  
teneatur alterius quoque, qui adhuc Impubes est, pubertatem  
expectare, controversum est. Et quamvis hoc affirmant Beust.  
all. lic. Beza de Divort. p. 81. Alber. Gentil. lib. 6. de Nupt. c. 2. &  
Schneidevv. d. l. Rectius tamen negat post Præpos. & Abbat. in  
cit. c. 9. de despons. Impub. Covarruv. p. 1. de sponsal. c. 5. §. 1. n. 2.  
ideoque is, qui prius ad pubertatem pervenit potest statim  
contrà

contradicere & à sponsalibus recedere. *c. 7. & c. 8. de despons. Impub.* Unde ipsi Dissidentes limitant suam sententiam, quod secus sit, si mutata voluntate is, qui prius pubes factus, contrahat cum alia per verba de præsenti, quod tunc standum sit posterioribus Sponsalibus. Beuff. *d. c. 3. & Schneidevv. cit. p. 2. de nupt. n. 14.* Vid. pro nostra sententia Hackelman. *Illustr. Quest. D. 14. tb. 4. lit. d. Kitzel. in Synops. matrim. c. 3. Theorem. 2. lit. f. Hillig. ad Don. lib. 13. c. 18. lit. S. & B. Dn. Ungep. ad Decret. de desponsat. Impub. n. 7.*

§. 6.

Sponsalia, nisi dissoluta fuerint, transeunt in Nuptias, de quibus ex jam dictis colligendum, quod eas Impuberes contrahere nequeant. *pr. I. de Nupt. ibiq. Doct. c. 2. de despons. Impub. Magn. Dn. Struv. Ex. 39. tb. 27.* Habilitas enim ad usum matrimonii in masculis non præsuntitur ante annum 14. & in foeminis ante 12. *l. 4. ff. de rit. nupt. c. fin. de despons. Impub. Zæf. ad tit. de Rit. Nupt. n. 8.* Minori ætate contentum est jus Canonicum, quia pubertatem non ex annis, sed gignendi vi ac aptitudine corporum ad conjunctionem, uti superius est deductum, æstimat, adeoque etiam ante terminum jure Civili præscriptum nuptias permittit, modò malitia ætatem suppleat. *c. 3. c. 8. c. 9. & c. ult. de despons. Impub.* ita tamen ut suppletio in duobus fiat, discretionem ad consensum conjugalem & potentiam ad copulam. Hæc enim sola sine illâ non sufficit. Covarruv. *p. 2. de matrim. c. 5. n. 4.* Hillig. *ad Donell. 13. c. 19. lit. B. Zæf. ad ff. de Rit. Nupt. n. 8. B. Ludvy. Ex. 2. tb. 3. B. Dn. Carpvov. Jurispr. Consiß. lib. 2. tit. 1. def. 12. n. 13. & Dn. Strauch. Diff. 3. apb. 9.*

§. 7.

Matrimonia ergo post pubertatem contracta sunt valida, circa quæ tamen notandum, quod non jubeat aut præcipiat Imperator noster, sed permittat saltem, ut post completum annum decimum quartum masculi, & foeminae post 12. matrimonium inire possint, ne laqueum injiciat libidinù flammis agitatis. *Gentil. de Nupt. lib. 5. c. 2.* ideoq; licet hæc Imperatoris definitio & Medicorù & Physicorum autoritate fulciatur, uti docet Arnold. Vinn. *ad pr. I. de Nupt. n. 2.* non contemnenda tamen erit Philosophorum do-

D

ctrina;

Strina, qui longiorem pubertatis posuerunt terminum, quam obrem videri potest Arnif. *Tract. de jur. Connub. c. 2. sect. 3.* Unde Ordin Politic. Lunæb. *tit. 30. §.* So wollen ic. in mare 16. annos requirit, uti testatur Dn. Hahn. ad *Wes. de Rit. Nupt. n. 4.* Nequaquam enim ante annum 16. vel 18. masculis præsertim ad nuptias properandum, quippe ante quem ætatis terminum pueris vix sufficit sua ipsorum ars & industria, ut se alant. Coraf. *ad l. 8. C. de Impub. & al. subst. n. 18.* Quod si tamen pubertatem ingressi cupiditates suas reprimere nequeant, satius erit, ut n. a. trimonium ineant, quam vagas libidines sectentur, seque scelere nefario & mortali peccato polluant. *1. Cor. 7. v. 2. & 9. Alber. Gentil. d. lib. 5. c. 2. Besold. de Nupt. c. 8. n. 4. B. Dn. Carpzov. Jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 1. def. 12. n. 18. & seq.* Sit ergo doctrina Philosophorum nupturientibus instar consilii, sanctio vero Imperatoria lex permissiva, prout eleganter loquitur Dn. Carpzov. *de jur. fam. sing. dec. 1. pos. 1. n. 14.*

§. 8.

Relictis causis matrimonialibus transgressum facimus ad adoptionem, circa quam hoc singulare occurrit, quod Infantes licet adoptari. *l. 42. ff. de adopt.* non tamen arrogari possint. *l. 5. ff. eod.* Impuberes infante majores olim quoque arrogari non poterant. Ulpian. *in fragm. tit. 8. Gell. lib. 5. c. 19. Zæf. ad ff. de adopt. n. 9. Vinn. ad §. 3. l. de adopt.* B. Dn. Ungep. *Ex. 3. quest. 12.* Postea tamen eorum arrogatio permissa fuit, non quidem omnibus & sic etiam tutori, ille enim adhuc pupillum arrogare nequit, ne in ejus potestate sit finire tutelam & substitutionem fortè à patre factam extinguere. *l. 17. §. 1. ff. de adopt.* licet interdum ex alia singulari causa ipsi concedatur. *l. 32. §. 1. eod.* Dn. Hahn ad *Wesenbec. tit. tit. n. 4.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 3. tb. 59.* Sed iis tantum, qui sanctissima affectione ducuntur vel alias naturali cognatione impuberi juncti sunt. *d. l. 17. §. 1. de adopt.* ita ut singularis & specialis causa cognitio de arrogatione intercedat, an honesta & utilis pupillo sit. *§. 3. l. & d. l. 17. §. 2. ff. de adopt.* Schneideyv. Harprecht. Vinn. & Nobilif. Dn. PRAESES *in Prælect. ad all. §. 3. B. Ludvv. Ex. 2. tb. 8. Dn. Strauch.*

*Diff. 4.*

*Diss. 4. aph. 20. & Magnif. Dn. Struv. cit. Ex. 2. rh. § 9.* qui omnes reliqua huc spectantia solidius explicant.

§. 9.

Impuberes denique, qui in potestate non sunt, & quos proprio nomine Pupillos vocamus. *l. 239. pr. d. V. S. de jure Civili sunt & jubentur esse in tutela. §. 1. Inst. & l. 1. ff. de tut.* eaque vel testamentaria. *§. 3. Inst. eod. t. t. ff. & C. de testam. tut. vel legitima t. t. Inst. de legit. Agnat. tut. & aliquot seq. t. t. ff. de Legit. Tut. & C. de legit. tutel. vel denique dativa. pr. & t. t. Inst. de Attil. Tutor. t. t. ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his &c.* Cum enim per ætatem se ipsos defendere nequeant. *§. 1. Inst. de tutel.* ac proinde propter Imbecillitatem judicii multis captionibus & injuriis obnoxii sunt, naturali juri conveniens est, ut alterius tutelâ regantur. *§. pen. I. de Attil. Tut.* Unde omnia, quæ de Tutelis in jure constituta sunt, huc spectare videntur, ea tamen hac vice studio omittimus, cum ferme omnes Interpretes ad Institut. & Digest. sede convenienti quam plurima de hac materia insigni operâ annotarint. Vid. interim Magnif. Dn. Struv. *Ex. 30. per tot.* ubi eam pro solito eleganter deducit.

## C A P. V.

### Specialia Impuberum circa res proponit.

§. 1.

Singularia ratione personæ excipiunt ea, quæ ratione rerum Impuberes comitantur, ubi prius ex methodo nostra actus ultimæ voluntatis considerandi erunt, de quibus notandum, quod Impuberes ad eos celebrandos habiles non sint. Unde, quia testamentum dicitur testatio mentis h. e. supremum sive ultimum mentis judicium *pr. l. de test. ord. l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. 5. ff. testam. quemadm. aperiantur.* Impuberes autem nullum animi judicium habent. *§. 1. I. quib. non est permiff. fac. perfectum sc. & tale, quale in hoc elogio requiritur, testamentum facere nequeunt. dist. §. 1. l. 5. l. 19. ff. qui test. fac. l. 4. C. eod. l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. sec. tab. l. fin. C. de testam. milit. Don. 6. Comm. 5. ibiq;* Hillig. *lit. P. Schneidevv.*

D 2

Qi-

Giphan. Harprecht. Vinn. *ad cit.* §. 1. *Inst. quib. non est permiff* & c. Zœf. *ad. ff. qui test. fac. poss. n. 2.* Wissenb. *ad ff. Disp. 56. tb. 14.* Dn. Strauch. *Diss. 9. apb. 8.* B. Dn. Carpzov. *p. 3. C. 6. def. 6.* Dn. Brunnem. *ad cit. l. 4. C. qui test. fac. poss.* Dn. Philipp. *in Usu Pract. ad Instit. lib. 2. Eclog. 52. n. 1. & seq.* Magnif. Dn. Richter / *p. 1. dec. 27. n. 29.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 32. tb. 6.* Et hoc non solum procedit in testamentis per jam tradita, sed etiam in fideicommissis, quippe quos ille tum demum relinquere potest, qui testandi jus habet. *l. 2. de leg. 1. l. 1. §. 1. de leg. 3.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 36. tb. 14.* atque in Codicillis, quæ itidem is tantum facere potest, qui jure testamenti factionem habet. *l. 6. §. pen. l. 8. §. 2. l. 9. ff. de jur. Codicill. l. 5. C. eod. l. 12. §. 5. ff. de capisv. & postlim. reversis.* Ott. Phil. Zepp. *de Codicill. c. 5. & 6.* Dn. Struv. *Ex. 34. tb. 56.* Quin etiam in donatione mortis causa. *l. 15. ff. de mort. caus. donat.* Dn. Struv. *Ex. 40. tb. 22.* aded ut ne quidem tutoris autoritate hos actus impuberes gerere possint. *l. 1. §. 1. ff. de tutel. & nat. distrub. l. 32. ff. de hered. instit.* quia testamenti factio propriâ, non alienâ prudentiâ, fieri debet. *pr. l. de test. ord.* Vinn. *ad §. 1. l. quib. non est perm. & c. m.* Dn. Strauch. *Diss. 9. apb. 8.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 32. tb. 6.*

§. 2.

Idem obtinet etiam si testamentum sit privilegiatum. Unde licet leges antiquæ impuberibus concesserant, si Tribunatum numerorum merebantur, de quo videri potest Hillig. *ad Don. lib. 6. c. ult. lit. C.* quasi dignitate ætatem supplente Coraf. *s. Miscell. 72. n. 2. & 3.* ultimum elogium conficere; Tamen indignum suis temporibus judicavit Sacratissimus Imperator, eum, qui stabilem mentem nondum adeptus est, hominum sapientum jura pertractare posse, adeoque *l. ult. C. de testam. milit.* abrogavit. Hillig. *ad Don. lib. 6. c. 5. lit. P.* Dn. Brunnem. *ad d. l. fin.* & Dn. Philipp. *in Usu Pract. ad Instit. lib. 2. Eclog. 52. n. 1. & seq.* Porrò quamvis moribus nostris testamentum tempore pestis conditum tantum habeat favorem, ut duo saltem testes, etiam si feminae sint (secus ac jure Civili. per *l. 8. C. de testam.*) sufficiant. Berlich. *p. 3. Concl. 5. n. 27.* Finckelth. *Observ. 14. n. 43.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 23. tb. 21. ibiq. alleg.* Mæv. *ad jus Lub.* Quia verò jura nihilominus

minus pubertatem testatoris requirunt, per dict. in §. *præc.* satis indè liquet, quod Impuberibus nec tempore pestis testari liceat. B. Dn. Carpzov. p. 3. *Const. 6. def. 8.* Indistinctè ergò Impuberes à testamenti factiōe arcentur. Nec dici potest, quod jure Canonico malitia quoad actum testandi ætatem supplere possit. Schneidevv. ad §. 2. *Inst. quib. non est perm. & c. n. 3.* Zæf. ad ff. *qui test. fac. poss. n. 2.* Dn. Brunnem. ad l. 4. *C. qui test. fac. poss.* Dn. Philipp. d. *Eclog. n. 52.* etiamsi vel maximè ad pias causas disponere velint. c. *pen. de Sepult. in 6.* Imol. in c. 2. *de testam.* Schneidevv. ad d. §. 1. B. Dn. Carpzov. p. 3. *Const. 6. def. 6.* Brunnem. & Dn. Philipp. *all. loc.* atque secundum hanc sententiam in Scabinatu Lipsiensi pronunciatum est; *Zhr köntet dann bescheinigen und beybringen/ daß der Verstorbene Knabe und Testator zur Zeit des auffgerichteten Testaments das 14. Jahr seines Alters vollkömmtlich nicht erfüllet/ auff den Fall wehre verliertes Testament auch ad pias causas nichtig und untråffig.*

§. 3.

Quoniam itaque Impuberes testamentum facere nequeunt, quamvis postmodum puberes facti decesserint. §. 1. *I. quib. non est perm. & c.* proinde, ut à patre sibi factū habeant, in gratiã eorum, qui adhuc in sacris existunt paternis, introducta est pupillaris substitutio, quæ fit filiosam. Impuberi à parentibus, quorum in potestate est, in casum, quo hæres existens in ætate pupillari decesserit. *pr. l. de pupill. subst. l. 1. §. ult. l. 2. & passim ff. de vulg. & pupill. Substit. Vinn. ad. d. pr. Zæf. ad ff. de vulg. & pup. subst. n. 15.* Dn. Struv. *Ex. 33. rb. 21.* Estque vel expressa, quando conditio illa: Si filius quidem heres erit, sed intra pubertatem decesserit, exprimitur; Vel tacita, quæ sub vulgari expressa comprehenditur. *l. 4. in pr. & §. 1. ff. de vulg. & pup. subst. l. 4. C. de Impub. & al. subst. Trentacinqu. de substit. p. 1. c. 11. nisi aliunde de contraria patris voluntate constet, ut in l. 39. §. 1. ff. de vulg. & pup. subst. l. 2. C. de impub. & al. subst. Don. lib. 6. Comm. c. 26. ibiq.* Hillig. Perez. *ad Cod. de Impub. & al. subst. n. 9.* Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 33. rb. 22.* Requiritur ad justitiam hujus Substitutionis, ut liberi in potestate substituētis sint. *pr. l. de pupill. subst. l. 2. pr. ff. de vulg. & pup. substit.* Unde

nec mater nec reliqui parentes, qui liberos in potestate non habent, substituere possunt. *d. l. 2. pr. & §. 10. Inst. de adopt. Trentacinq. de subst. p. 2. c. 16. Vinn. ad d. pr. l. de pup. subst. Dn. Hahn. ad Wel. de vulg. & pup. subst. n. 5. Magnif. Dn. Struv. Ex. 33. th. 23.*

§. 4.

Valet hæc substitutio saltem intra annos pubertatis. *l. 7. ff. de vulg. & pup. subst. ad eò ut, licet in longius tempus concepta sit, pubertate tamen extinguatur. l. 14. ff. cod. §. pen. §. de pupill. substir. nec jure fidei commissi valeat, nisi verba sint obliqua, aut quæ ad fidei commissum trahi possint. d. l. 7. & d. §. pen. ibiq. Vinn. n. 2. & 3. Zesl. cit. loc. n. 54. Dn. Hahn. all. loc. n. 9. Magn. Dn. Struv. d. Ex. 33. th. 30. Effectus ejus est, quod existente conditione admittatur substitutus. *pr. §. de pup. substir. omnibus heredibus ab intestato venientibus exclusis, etiam illis, quibus alias legitima debetur, ut matre, quod tametsi prima facie iniquum videatur propter l. 15. pr. ff. de in off. testam. Est tamen expresse ita nec sine ratione decifum in l. 8. §. 5. de inoff. test. l. 9. c. de impub. & al. substir. atq; probatum in c. 1. de testam. in 6. Vid. Petr. Greg. Tholos. in Synt. Jur. lib. 42. c. 19. Matth. de Afflict. Dec. 310. n. 2. Fachin. lib. 4. Controv. 42. Brochorst. cent. 3. assert. 34. Vaud. lib. 1. quæst. 44. n. 8. & seq. B. Dn. Carpzov. p. 3. Const. 8. def. 1. & lib. 6. Resp. 29. n. 1. & seq. Magnif. Dn. Struv. Ex. 33. th. 29. Unde hæc dispositio in foro quoq; animæ procedit, teste Covarruv. ad c. cum esset 10. de Testam. n. 11. Gomez. 1. Var. Resol. c. 4. n. 7. Garf. de Expenf. & Melior. c. 4. n. ult. Contrarium, quod neq; expressa neq; tacita pupillari substitutione matri legitima adimi possit, sancitum est in Const. Elect. Aug. p. 3. Const. 8. in verb. das in allen Fällen der Substitution der Mutter der dritte Theil aller Güter/zu recht Legitima genand/ausdrücklich gelassen werde &c. quæ constitutio noviss. Dec. Elect. Saxon. dec. 47. etiam ad avum aviamq; est extensa. Vid. Dn. Strauch. Diss. 9. aph. 27. Magn. Dn. Struv. Ex. 10. th. 39. it. Ex. 33. th. 29. Et tantum de dispositione testamentaria.**

§. 5.

Quoad actus inter vivos præcipua & frequentissima solet esse obligationis materia, de qua sanè quomodo in Impubes cadat, eosq; ex contractu, quem tutore non adhibito celebra-

runt,



runt, obstringat, naturaliter an non (de Civili enim quod non teneat, nullum est dubium, cum ad eam leges tutoris auctoritatem requirant. §. 9. *J. de inutil. stip. l. 9. pr. §. 5. & 6. ff. de auctor. & conf. tut.*) proluxa & perplexa Doctorum extant disputationes, exinde, quod Leges inveniantur, quæ istud aperte negant sc. l. 41. *ff. de condit. indeb. l. 59. ff. de Obl. & Act.*, & quæ contra simpliciter affirmant, ut l. 1. *in fin. ff. de novat. l. ult. pr. ff. de jurejur. l. 21. in pr. ad Sct. Trebel. l. 25. §. 1. quand. dies leg. ced. l. 127. de Verb. Obl. l. 44. l. 95. §. 2. & 3. ff. de Solut.* Plurium opiniones recenset & refellit Vultej. *lib. un. Discept. Scholast. c. 16.* Ipse distinguit: utrū pupillus factus sit locupletior nec ne, quod etiam facit Cujac. *ad l. 127. de Verb. Obl. Coedd. de contrab. stip. c. 7. concl. 12.* Verum nec hæc distinctio sufficere videtur, cum pupillus etiam extra hunc casum nonnunquam naturaliter obligari dicatur, adeoq; omnes leges, quæ de naturali obligatione loquuntur, commode ad pupillum locupletiolem factum restringi non possunt. Add. Zesl. *ad ff. de Obl. & Act. n. 46.* B. Ludvv. *ad pr. J. de auctor. Tut. & Ex. 3. ib. 7.*

§. 6.

Ideoq; dicendum, quod Infantes nec cum tutoris auctoritate quicquam gerere, nec contrahendo obligari, aut obligationem sibi acquirere possint. §. 9. *J. de inutil. stip.* quia in his, quæ animo & affectu geruntur, non multum à furiosis distant, ut qui non magis intelligant, quod agitur, aut affectu acquirendi ducantur, quam furiosi. *d. §. 9. ibiq; Vinn. n. 3. Magn. Dn. Struv. Ex. 6. ib. 39.* Unde fuit quod stipulari aut promittere. *l. 1. pr. l. 70. l. ult. §. 2. de Verb. Obl.* pacisci, vel etiam transigere nequeant. *arg. l. 27. C. de transact. Zesl. ad ff. de pact. n. 10.* Illud saltem utilitatis causa receptum est, quod tutore autore possint incipere possidere, judiciumq; Infantis in re, quæ facti magis quam juris est, auctoritate tutoris suppleatur. *l. 1. §. 3. l. 32. §. ult. de acquir. possess. l. 3. C. eod. Don. lib. 5. Comm. c. 11. ibiq; Hillig. Vinn. add. §. 9. n. 3. Magn. Dn. Struv. Ex. 41. ib. 3.* Idem, quod de infantibus dictum, aseritur quoque *in all. §. 9. de infantia proximis*, propterea quod tunc, quando remoto tutore de iis obligandis agitur, in eadem planè causa cum Infantibus & furiosis

sis habeantur, ita ut se ipsos ne naturaliter quidem obligare possint. Vinn. *ad d. §. 9. n. 3.* Magn. Dn. Struv. *cit. Ex. 6. tb. 39* cum & ipsi nihil scire aut discernere *l. 9. ff. de acquir. hered.* actumque rei non intelligere dicantur. *l. 1. §. 13. ff. de Obl. & Act. l. 6. ff. rem pup. salv. for. l. 5. ff. de R. l.* Quia verò & *d. §.* & aliis locis proditum est, Infantia proximos stipulari & promittere, hereditatem adire, atque omnia tutore autore non minus rectè agere posse, quam pubertati proximos. *d. l. 9. ff. de acquir. hered. l. 5. ff. de R. l.* quantumvis id benignè receptum sit. *cit. §. 9.* ideòque comparatio hæc cum mica salis accipienda est, quod infantes sc. nullum planè intellectum habeant; Infantia verò proximi quidem habeant, sed non perfectum: Nam si nec hi ullum intellectum haberent, ne tutore quidem autore quicquam agere possent. Vinn. *cit. loc.*

§. 7.  
Pubertati proximos quod attinet, quia illi jam intelligere quod agitur, velle & consentire naturâ possunt, neminem dubitare oportet, quin ex conventionem citra tutorem inita naturaliter obligentur. *l. fin. ff. de iurejur. l. 25. §. 1. ff. quand. dies leg. ced. l. 127. de Verb. Obl. l. 95. §. 2. de Solut. l. 25. ff. de fidejuss. l. 21. in pr. ff. ad L. Falcid. add. l. 1. in fin. de Novat.* ubi expressè dicitur, per promissionem à pupillo sine tutoris autoritate factam priorem obligationem novari, ex quo necessario fluit, quod pupillus, si non civiliter, tamen naturaliter saltem teneatur, cum novatio non fiat, nisi per transfusionem unius obligationis in aliam, dummodò sequens obligatio aut civilis aut naturalis sit. *d. l. 1. de Novat.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 47. tb. 39.* Neque assertum nostrum infringit, quod generaliter de Impuberibus omnibus pronunciet Justinianus, nullum eorum esse iudicium. *§. 1. §. 7. quib. non est perm. fac. testam.* Nam id quidem rectè etiam dicitur de pubertate proximis, sed in re de qua ibi agitur, dispositione sc. testamentaria, in qua majus & solidius iudicium requiritur, quàm in ullam partem ætatis pupillaris cadere posse creditur. Vinn. *ad sep. alleg. §. 9. l. de inutil. stipul* ubi de obligatione Impuberum accuratè & ingeniosè differit. Arum. *Ex. ad Inst. 3. tb. 13.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 6. tb. 39. ibiqz alleg. Paul. Zach. Quest. Med.*

§. 8.

Excipiuntur tamen nonnulli casus, quibus etiam sine tutoris autoritate Impuberes civiliter obligari possunt, quod triplici modo in jure nostro obtingere videmus. (1) si dolum committant. l. 1. §. 15. de pos. l. 2. ff. de fidej. l. 13. §. 1. ff. de dol. l. 111. ff. de R. I. (2) ex re actio veniat. l. 46. ff. de Obl. & Act. aut (3) locupletiores sint facti. l. 1. pr. & l. 5. pr. ff. de autor. & consens. tut. l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 95. §. 2. de Sol. l. 66. ff. cod. l. 3. pr. Commod. Magn. Dn. Struv. Ex. 6. th. 39. Unde videmus, quod obligentur ex negotiorum gestione, si vel ipsi gesserint & exinde facti fuerint locupletiores. l. 3. §. 4. ff. de Negot. gest. Dn. Hahn. ad Wes. eod. tit. n. 4. vel si alius urgente necessitate negotia eorum ita expedierit, unde locupletiores sint facti. l. 2. C. de neg. gest. ibiq. Dn. Brunnem. quod tempore litis contestata attenditur. l. 37. ff. de negot. gest. Illud hic speciale est, quod quamvis alias sufficiat rem ab initio saltem esse utiliter gestam. l. 10. §. 1. & l. 15. §. 2. ff. de neg. gest. si quis tamen negotia pupilli gerat, necesse quoque est, ut gestio prosperum habeat eventum. d. l. 2. C. de negot. gest. ibiq. all. Dn. Brunnem. Quamvis autem extra hos casus non (quidem civiliter, sed naturaliter solum obligentur; Huic tamen ipsi naturali obligationi, cum ex debiliori consensu veniat, ob favorem aetatis pupillaris, ratione Impuberum nulli jure civili tributi sunt effectus, non quod nulla verè hic subsit obligatio, sed quod personae pupilli hoc tributum, ne obligatio ipsi noceat; Ratione verò aliorum suos producit effectus. l. 127. de V. Obl. l. 1. ff. de Nov. l. 95. §. 4. de Solut. l. fin. ff. de jurej. Cum itaque favore Impuberum obligatio hæc infirmata sit, ademptis effectibus qui alias naturalem obligationem sequuntur, fit ut pro non obligato pupillus haud locupletior factus habeatur, quo respectu naturam debere negatur, licet in veritate naturaliter sit obligatus. l. 41. ff. de condict. indeb. l. 59. de Obl. & Act. Bachov. ad Treust. Vol. 1. Disp. 6. th. 5. lit. B. Vinn. ad §. 9. I. de inutil. stip. n. 4. & in Tr. de pact. c. 14. n. 9. & seq. B. Dn. Carpz. p. 2. Const. 15. def. 7. n. 15. Magn. Dn. Struv. d. th. 39. in fin. Nobiliss.

biliff. Dn. P R ÆSES *clq. praelect.* Unde quacunq̄ ratione & quocunq̄; errore Impubes sine tutoris autoritate indebitum solverit, quod aliàs ita se habet, ut repeti non possit, ipsa personæ conditio repetitioni locum facit. *l. 29. de Cond. Indeb. Clud. de Condict. Indeb. c. 5. n. 22.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 18. tb. 36.*

§. 9.

Haecenus relata obtinent, quando aliis se obstringunt Impuberes; Secus est, si sibi aliquid acquirere, aliosq̄e sibi obligare velint, tunc enim sine tutoris autoritate omninò hoc efficere possunt. Nam cum liberi sint actuumq̄e civilium capaces, per acquisitionem autem meliorem suam conditionem faciant, adeoq̄e damnum pati nequeant, idcirco eorum intellectus licet imperfectior, exinde quod in commodum cedat, pro pleno habetur. *pr. l. de autor. tut. l. 28. pr. ff. de pact. Galganet. de Tutel. l. 2. tit. 22.* nisi occasione istius negotii aliis personis obligentur. Sic hæreditatem adire, bonorum possessionem petere vel fideicommissum universale sine tutore recipere nequeunt. *§. 1. Inst. de aut. Tutor. l. 9. §. 3. & 4. l. 11. ff. cod. l. 18. §. 4. C. de jur. delib.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 31. tb. 33. tit. Ex. 34. tb. 25.* si sc. sint sui juris, constituti enim adhuc in patriâ potestate iustum & voluntatem ejus in hæreditate suscipienda sequi debent. *l. 8. §. 1. ff. de acquir. hered.* Magn. Dn. Struv. *d. Ex. 34. tb. 26.* non autoritatem, quia Impuberes, qui in potestate parentum sunt, ne autore quidem patre obligantur. *§. 9. Inst. de Inutil. Stipul. ibiq̄, Vin. n. 9 & Ludvv. n. 5.* qui differentia rationem proponunt; Nisi pater non ut pater, sed ut legitimus bonorum filii adventitiorum administrator consideretur, tunc enim etiam filio impuberi autoritatem accommodare potest. *l. 18 in fin. C. de jur. delib. l. ult. §. 4. & 5. C. de bon. qua lib. Vinn. & B. Ludvv. all. loc.*

§. 10.

Materiam obligationis excipit USUCAPIO, circa quam egregiè privilegiatos esse Impuberes colligi potest exinde, quod tempora præscriptionis legalis contra eos non currant. *l. ult. C. in quib. caus. min. in integr. restit.* Unde res pupillares ita exemptæ sunt usucapioni & præscriptioni, ut contra eos nec incipere, nec cæpta currere queat, sed intra annos pupillares plane quiescat &

& dormiat. l. 48. pr. ff. de acquir. rer. dom. l. 10. quib. mod. servit.  
amitt. l. 3. C. de prescript. 30. vel 40. ann. Zæf. ad ff. de Usurpat.  
& Usucap. n. 33 Wef. ad eund. cit. n. 10. ibiq; Dn. Hahn. in Not.  
B. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 9. def. 2. Magn. Dn. Struv. Ex. 43. tb. 10.  
n. 1. Ipsi verò Impuberes, modò sint Infante maiores, aliàs  
enim tutore autore possessionem cœperint necesse est. l. 4. §. 2. ff.  
de usurp. & usuc. quia sibi possessionem & dominium acquirere  
possunt. l. 1. §. 3. l. 32. pr. ff. de acquir. vel amitt. poss. etiam usu ca-  
piendi facultatem habent. d. l. 4. §. 2. ff. de usucap. ibiq; Gothofr.  
Zæf. cit. loc. n. 6. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. 43. tb. 7. Hocq;  
favore Impuberum est receptum, ut alia pleraq;ue.

§. II.

Sic videmus, quod interdum quoq;ue habeant  
**hypothecam** cum jure prælationis, quando sc. eorum pecu-  
niã res aliqua empta est. l. 7. ff. qui pot. in pign. Secus est in bonis  
tutorum, in quibus hypothecam quidem habent tacitam, cum  
nullo tamen privilegio. l. 20. C. de administr. tut. l. pen. C. in quib.  
caus. pign. vel hyp. tac. Add. arg. l. ult. ff. qui pot. in pign. B. Dn.  
Carpzov. p. 1. Const. 28. def. 114. Magnif. Dn. Struv. Ex. 44. tb. 47.  
n. 4. Porrò quamvis in foro Saxonico, secus ac jure Civili. l. 18.  
ff. qui pot. in pign. Neguf. de Pignor. p. 5 m. 2. n. 10. usurã priusquam  
omnibus creditoribus satisfactum, adiudicari non soleant. B.  
Dn. Carpzov. d. Const. 28. def. 161. Magn. Dn. Struv. cit. Ex. 44.  
tb. 56. Limitat tamen hoc in usuris pupillo debitis Carpzov. d.  
Const. def. 172. ita ut hæ non minus, ac fors ipsa, antequam reliquis  
Creditoribus satisfactum, exsolvendæ sint. Quod verò alii tum  
demum admittunt, quando tutor pecuniam pupillarem in suos  
usus convertit, vel usuras ob pecuniam pupilli ab alio recepit.  
Vid. Dec. Elect. 9. Magnif. Dn. Richter / de Concurf. Credit. c. 7. n.  
98. & seq. quarum etiam posteriores usuras præstare tenetur, si usi-  
bus suis retinuerit, & ceu sortem alteri ad usuras dare neglexerit.  
Molin. de Usur. Quest. 77. n. 602. Magn. Dn. Richter / p. 1. dec. 13. n. 6.  
Magn. Dn. Struv. Ex. 27. tb. 51.

§. 12.

Deniq;ue circa alienationem rerum pupillarium

observandum, quod immobiles & alia, quae servando servari  
 possunt, nec ab ipso Impubere nec ab ejus tutore alienari aut in  
 extraneum transferri possint. *l. 22. C. de administr. tut. t. t. C. de  
 prad. & al. reb. & c. l. 1. & t. t. ff. de reb. eor. qui sub. tut.* Dn. Hahn.  
*ad Wes. eod. tit. n. 4. Schneidevv. ad §. fin. J. de autor. Tut. n. 22.*  
*B. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 11. def. 28. n. 1. Gail. lib. 2. Observ. 72.*  
*Magn. Dn. Richter / p. 1. dec. 13. n. 11.* Venit autem alienationis  
 nomine actus omnis, qui rem ponit extra bona Impuberis, vel  
 ejus usum aufert atque deminuit, sive sit dominii translatio, sive  
 etiam pignoris, obligationis, usus fructus, vel aliarum servitu-  
 tum constitutio. Schneidevv. *d. l. n. 25. Zoesl. ad ff. de reb. eor.  
 qui sub tut. n. 1.* quae omnia valide fieri non possunt, nisi à Legi-  
 bus requisitae solennitates interveniant, ut sc. justa alienandi  
 causa & necessitas precedat. *l. 12. l. 13. C. de prad. & al. reb. minor.  
 l. 5. §. 9. ff. de reb. eor. & c. Judex de ista cognoscat. l. 6. l. 11. C. d. t.  
 d. l. §. 9. & 10 & Decretum suum solenniter interponat. d. l. 6. l. 11.  
 l. 13. C. de prad. & al. reb. l. ult. C. eod. l. 22. C. de administr. tut. B.  
 Dn. Carpz. & Magn. Dn. Richter / cit. loc. Magnif. Dn. Struv. Ex.  
 31. tb. 84. Dn. Philipp. in Us. Pract. ad Instir. lib. 2. Eclog. 42. n. 1. &  
 seq. Plures & quidem 16. Octav. Simoncell. de Decret. & cat. so-  
 lenn. in Contract. minor. adhib. lib. 1. tit. 3. n. 17. & seq. exposcit,  
 referente Dn. Hahn. ad Wes. tit. n. 4. quae tamen partim non  
 sunt necessariae, partim vero ad jam relatas commodè referri  
 possunt. Dn. Hahn. *d. l.* Dicitur solennitates si non observatae  
 fuerint, alienatio ipso jure invalida atque plane nulla est. *l. 2. C.  
 de prad. & al. reb. min.* Dn. Philipp. *cit. Ecl. 42. n. 9.* etiam si  
 unica saltem deficiat, ut ut reliquae observatae fuerint. Con-  
 junctim namque concurrere debere ex *all. l. 12. C. de prad. minor.  
 sine decret. & c.* satis liquet. B. Dn. Carpz. *d. def. 28. n. 14.* Magn.  
 Dn. Struv. *cit. Ex. 31. tb. 85. & seq.* ubi reliqua huc spectantia solidius  
 deducit.*

#### CAP. VI.

### Impuberum jura circa res feudales exhibet.]

§. I.

**T**Ractatum rerum allodialium subsequuntur res feudales,  
 circa quas pro ratione Impuberum quid obtineat, breviter  
 etiam

etiam videbimus, ut autem ordine incedamus, ab initio con-  
siderandum erit, an & feudi constitutio Impuberibus sit permessa?  
Quod sanè negatur, quia enim ipsis administratio bonorum  
adempta est, feudum dare nequeunt juxta regulam 2. F. 3. in pr.  
propositam, quod, is qui qualibet ratione aliquid de suis rebus  
impeditur alienare, nec per feudum possit investituram facere.  
Et hoc ampliatur, quamvis tutorum, quorum auxilio reguntur,  
auctoritas & consensus accedat. d. 2. F. 3. in pr. junct. l. 2. ff. de reb.  
eor. qui sub tutel. siquidem nec tutoris auctoritate intercedente  
absque decreto judicis de rebus suis, quicquam alienare possunt  
per l. 22. C. de administr. tut. atque huic sententiæ unanimiter  
subscribunt Fendistæ, ex quibus videri poterunt Frider. Schenck.  
Baro ad cit. text. 2. F. 3. n. 3. Vult. de Feud. lib. 1. c. 3. Zaf. Epit. Feud.  
p. 5. n. 20. Et seq. Schrad. Tr. feud. p. 4. c. 1. n. ult. Borcholt. de  
Feud. c. 5. n. 42. Schnob. Diss. feud. 3. tb. 6. Magn. Dn. Struv. Synt.  
Jur. feud. c. 5. apb. 4. Ut ergo feudi constitutio valeat, urgens rem  
in feudum dandi necessitas, illius cognitio & Magistratus De-  
cretum intercedere debet. Perinde enim ut plenum dominium  
rei decreto interposito ab Impubere ejusque tutore in alium,  
ita quoque solum utile dominium transferri potest. Vid. Zaf. d.  
p. 5. n. 41. Magnif. Dn. Struv. c. 5. apb. 4. n. 1. inibus

Requiritur hoc Decretum non solum in rebus, quæ de no-  
vo in feudum dantur, sed etiam in rebus infeudari solitis. Quam-  
vis enim nonnullis interque eos. Soasbec. p. 6. de Feud. n. 19. &  
Schnob. D. feud. 3. tb. 6. distinguant inter res, quæ nondum fue-  
re in feudum concessæ, ut in his Decretum requiratur, & inter  
res infeudari solitas, quarum concessio Impuberibus etiam abs-  
que decreto sit permissa, modò tutoris auctoritas & consensus  
intercedat, illa tamen distinctio admittenda non est. Quando  
enim extinctâ qualitate feudali ad pupillum dominum revertitur  
plenum ejus rei, ut aliarum dominium habet, perinde ac si nun-  
quam in feudum data fuisset. Si ergo rursus in feudum conceditur,  
novum erit feudum, ad quod constituendum omninò Decretum  
Magistratus necessarium est. Magn. Dn. Struv. d. l. 5. apb. 4. n. 2.  
ibiq. alleg. Rosenthal, qui quoad personas illustres ex usu limita-  
tionem adhibet.

Alia ratio est renovationis Investituræ de veteri feudo. *d. 2. F. 3. in pr.* circa quam tamen adhuc maximè controversum est, an etiam ab Impubere sine tutoris autoritate fieri possit? Affirmant hoc quidem Jan. de Arcedura *in Concl. feud. c. 2. concl. 5. Zas. p. 5. n. 7. Vultej. lib. 1. c. 3. n. 7. Borcholt. c. 5. n. 43. Hunn. Tr. Feud. c. 7. p. 142. & Feudistæ communiter propter all. text. 2. F. 3. Rectius tamen negant Hottoman. ad 2. F. 3. in pr. Sonsbec. de feud. p. 6. n. 10. Johann. Heint. Linck. de feud. p. 3. n. 3. Arum. Disp. feud. 3. tb. 24. quia renovatio investituræ respectu Vasalli impetrantis eatenus quidem est valida, quod debeat ab eo sub pœnâ amissionis feudi peti, sive Dominus tutorem habeat sive non; Respectu verò Impuberis investientis propter damnum seu præjudicium, quod in renovatione facillimè illi obtingere potest, ut si forsitan non justo tempore petita fuerit, non valet absq; tutoris autoritate arg. §. 9. 7. de inutil. stipul. Ne igitur tale accidat, tutoris autoritas omninò erit necessaria, uti quoque consuetudine observari solet. Schneidevv. de feud. p. 3. n. 82. Wes. de feud. c. 4. n. 7. Magnif. Dn. Struv. c. 10. aph. 9. n. 4.*

Personas feudum constituentes excipiunt personæ feudum acquirentes, ubi itidem circa Impuberes notandum, Infantes tutoris autoritate Feudum accipere posse arg. *l. 32. §. 2 ff. de acq. vel amit. possess.* Schneidevv. *d. p. 3. n. 100. Bocer. de investit. feud. c. 3. n. 135. Magn. Dn. Struv. c. 5. aph. 10. Hoc etfi negandum videatur Vultej. lib. 1. c. 4. n. 6. Zas. p. 5. n. 66. Sonsbec. p. 7. n. 16. Borcholt. c. 5. n. 46. & Schnob. D. 3. tb. 22. exinde quod Infantes, perinde ut furiosi, nullum negotium tutore autore gerere possint. *l. 5. de R. 7. ideoque potius tutor infantis nomine accipere feudum debeat. Quia tamen tutore autore possessionem acquirere potest. d. l. 32. §. 2. ac generalitas text. 2. F. 3. §. 1. accedit, quippe quæ circa personas feudum accipientes non distinguit, rectissimè utique receptum est, quod Infans autoritate tutoris feudum acquirere possit. Ad argumentum ex *d. l. 5. de R. 7. in contrarium allatum respondet Hunn. in d. Tr. feud. c. 18. p. 138. Add. Arum. Disp. feud. 3. tb. 36.***



Infantia vero & pubertati proximi etiam sine Tutoris autoritate acquirere feudum possunt. 2. F. 26. §. si minori. (ex quo textu simul constat appellatione Minorum in jure feudali etiam Impuberes venire. add. 2. F. 55. in fin. pr. ibiq. Hottomann. Schepliz. in *Prompt. jur. Civ. Tit. 1. §. 8. n. 9.*) Est enim feudum beneficium. 2. F. 23. quo si Impuberes afficiantur, dubitandum non est, quin conditionem suam meliorem faciant, quod ipsis utique citra tutoris auctoritatem permissum est. pr. J. de auctor. Hancque sententiam Feudistæ commun. amplectuntur. Vid. Rosenthal. c. 3. concl. 8. n. 3. & 4. Borch. c. 5. n. 46. Zaf. p. 5. n. 5. Niell. *Disp. feud. 2. th. 5.* Bocer. de *Invest. feud. c. 3. n. 137.* Anton. Cont. de *feud. c. 6.* Arum. *Disp. 3. th. 34.* Schnob. D. 3. th. 22. Magn. Dn. Struv. c. 5. apb. 13. n. 1. ut tamen Domino quoque feudi ad servitia obligari possint, tutoris auctoritate opus erit. de pr. J. de auct. Tut. Magn. Dn. Struv. cit. loc.

Ex jam dictis cum certum sit, quod Impuberes feudum rectè acquirant, ideoque hac vice erit investigandum, utrum etiam juramentum fidelitatis præstare queant. Notum enim est, quod per investituram feudum constituatur. Vultej. lib. 1. c. 7. n. 7. Magn. Dn. Struv. c. 8. apb. 2. ad cujus solennitatem requiritur præstatio fidelitatis (Lehens-Pflicht) Id. all. c. 8. apb. 4. quæ fidei promissio regulariter fit per juramentum, ita ut hocce juramentum simpliciter nomine fidelitatis veniat. 2. F. 3. in fin. & de quolibet feudo etiam modico. Rosenth. c. 6. concl. 67. & franco. Jacobin. d. S. Georg. *Tr. feud. in verb. investiti. n. 74.* ab omnibus, modò legitimæ sint ætatis, præstari debeat. Schnob. D. 5. th. 21. Magn. Dn. Struv. d. c. 8. apb. 6. Pro affirmativâ quidem, quod utique Impuberes illud præstare possint, concludit Vultej. de *feud. lib. 1. c. 3. n. 7.* Verum rectius negatur, exinde quod Impuberes non sint legitimæ ætatis ad juramenti præstationem, uti Dissert. hac nostra cap. 3. est demonstratum, ideoque differendum erit juramentum, usque dum ad illud præstandum fiant habiles. 2. F. 26. §. si minori. Schneidevv. p. 3. n. 102. Schulz. in *Syn. feud. c. 5. n. 6.* Magnif. Dn. Struv. cit. c. 8. apb. 6. n. 6.

Quando autem illa habitas superveniat, æque sine dubio non est. Nam Schrad. *p. 6. c. 7. n. 20.* pupillum doli capace[m] sua sponte iuramentum fidelitatis quidem præstare, sed ad id cogi non posse asserit. Zaf. *p. 5. n. 68.* præstationem iuramenti demum fieri debere affirmat, quando Impuberes sive Minores ad majorem sive perfectam ætatem pervenerint, quod anno tantum 25. completo fiat, ad hoc allegans *d. S. si minori. 2. F. 26.* Feudista verò communiter citatum s. explicant de minore 14. annis, quod fidelitatem non faciat, id est iuramentum fidelitatis antea non præstet, donec pervenerit ad majorem ætatem i. e. ad annos pubertatis. Borcholt. *de feud. c. 8. n. 16. ibiq[ue]* alleg. Jul. Clar. Schneidevv. *p. 3. n. 102. Wes. c. 5. n. 5.* Hinc etiam Jacobin. de S. Georg. *de feud. in verb.* qui quidem investiti. *n. 43.* Borcholt. *cit. c. n. 17.* & alii inferunt, quamvis jure Civili femina anno 12. puberes dicantur, quod ipsis tamen nihilominus, si feuda habeant, tempus ad petendam investituram demum anno 14. currat, sicuti in masculis. Add. Vultej *lib. 1. c. 7. n. 65.*

Sed quicquid sit, id tamen quod Feudista communiter volunt, de consuetudine non precise attendi solet. De observantia Electoratus Brandenburgensis testatur Schepliz. *all. Tit. 1. §. 8. n. 11.* In nostris provinciis plerumque testimoniis, quæ pupillis dantur, vulgò denen *Much-Zetteln* / certum adjicitur tempus investituræ post pubertatem renovandæ: daß sie so dann die Eydes Pflicht ihren gnädigsten Herrn leisten sollen. Unde non solum in illustri Regimine Vinariensi anno 1634. die 24. Mart. Adam Trösters zu Burgau relicto filiis impuberibus Parenti in feudo Burgensi succedentibus 16. anni sunt præscripti in verb. des *Much-Zettels*: daß so balden sie ihr Sechzehendes Jahr erreichen und erfüllen werden, sie so dann sich Persönlich ein zustellen und die Lehns-Pflicht gebühlich zu leisten schuldig sein solten. Sed etiam in Cancellaria Reverendissimi Administratoris Archi-Episcopatus Magdeburgensis denen unminündigen von Ohlen longius temp[us] concessum est in subsequenti Testato: Den Sechsten Dec. anno 1650. ist denen unminündigen Dorotheen Fredericeni/

cen / und Dorotheen Sophien von Ohlen Geschwistern auff ihrer Mutter Dorotheen Elisabethen von Ohlen beschenes schriftliches suppliciren zu suchung der Lehn zu ihren Antheil an ihres Vaters Andreas von Ohlen hinterlassenen Gute Meyhen und dessen Zuehörungen/ biß eine iede daß 18. oder 21. Jahr ihres Alters erfüllee hat/ Indult und Anstand gegeben und mitgetheilet worden/ jedoch daß inzwischen die Lehn in den Stande/ darinnen sie iso befunden/ verbleibe. Signat. ut supra.

Fürstl. Sächs. Magdeb. Cancellen.  
Proinde hac in re potissimum inspiciendum censemus, quid usus  
cujusque regionis probet. Schepliz. cit. tit. 1. §. 8. in fin.

§. 9.

Interim tamen bene tenendum, quod tempus petendæ Investituræ ætati pupillari non currat. Licet enim aliàs à tempore contingentis mutationis intra annum & diem renovationem Investituræ Vasallus sub pœna amissionis petere debeat. 2. F. 24. pr. 2. F. 40. 2. F. 52. §. 3. 2. F. 55. in fin. pr. Zas. p. 7. n. 1. Sonsbec. p. 11. n. 7. Schnob. D. 5. tb. 14. Magn. Dn. Struv. c. 10. aph. 7. & 8. Minores tamen quatuordecim annis excusantur, etiam si tutorem habeant, ita ut nec ipsi, nec tutores ad petendam renovationem Investituræ & fidelitatem præstandam compelli possint. 1. F. 22. pr. junct. 2. F. 55. §. præterea. Rosenth. c. 6. concl. 41. Wef. de feud. c. 8. n. 7. Vultej. lib. 1. c. 7. n. 64. B. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 45. def. 19. Magn. Dn. Struv. d. c. 10. aph. 9. idque à quibusdam aded extenditur, ut duobus filiis feudum commune habentibus, nec investituram debito tempore petentibus, major propter minorem excusetur. Vultej. d. c. 7. n. 66. Schrad. p. 6. c. 2. n. 27. Sed hoc tum demum concedimus, si res sit individua, ita ut feudum commune divisionem non recipiat. Secus enim est, si dividi possit, ut docet Rosenthal. d. Concl. 41. atq; post eum B. Dn. Carpz. all. Const. & Defin.

§. 10.

Feudi per Investituram constituti vel per successionem in liberos translati effectus est jus quod Domino in eo competit. Schnob. D. 8. tb. 1. Magn. Dn. Struv. c. 11. aph. 1. cujus ratione non solum personam vasalli ex contractu feudali ad fidem præ-

F

stan-

standam. 2. F. 3. in fin. Magn. Dn. Struv. cit. c. apb. 2. sed etiam ad servitia obeunda, quæ Vasallitica & militaria dicuntur (Zehner oder Ritterdienste) 2. F. 23. in fin. 2. F. 55. §. firmiter. obstrictam habet. Magn. Dn. Struv. d. c. 11. apb. 4. adeoque quilibet Vasallus Domino servire tenetur, & quidem regulariter in propria persona. 2. F. 23. in fin. 2. F. 26. §. si quis decefferit. 2. F. 36. Add. Kohl. de serv. feud. p. 1. n. 159. nisi Substitutus admittatur ob justum impedimentum, quale etiam solet esse ætas pupillaris, propter quam Vasallus in propria persona servire nequit, ut proinde per Substitutum servitia præstare debeat. 2. F. 26. §. si quis decefferit. Afferunt quidem Doctores communiter, ex hoc textu probari posse, quod Impubes nec in propriâ persona, nec per Substitutum Domino servire cogatur. Unde illi per contrariam consuetudinem jam derogatum esse vult Rosenth. c. 8. concl. 8. n. 30. & Gothofr. ad d. §. si quis decefferit. lit. S. Verum si rectè attendatur planè non illud, ad quod probandum est inductus, sed contrarium potius, utique sc. pupillum ad servitia per alium præstanda obstrictum esse, probabit, per ea quæ tradit Kohl. cit. loc. n. 142. Licet enim Impubes non præcisè sub penâ amissionis cogatur, ut requisitus vel ipse, vel per Substitutum servitium præstet; Interim tamen si neglexerit, nihilominus ad interesse Domino obligatus erit. Add. solidius hunc text. explicans Magn. Dn. Struv. d. c. 11. apb. 6. n. 2.

§. 13.

Restat ut pro complemento hujus capituli breviter videamus, an etiam privilegio fori ab Imperat. Constantino in l. un. C. quand. Imper. inter pup. vel. vid. C. concessio in feud. libus Impuberes gaudeant? Negat hoc quidem Lud. Schrad. de feud. p. 10. n. 40. atque cum eo Vultej. de feud. propterea quod consuetudines feudorum in personis vasallorum litigantium & judicum nusquam ita distinguant. Rectius tamen affirmatur propter generalitatem textus, qui Impuberibus illud privilegium in omnibus causis, nullâ penitus exceptâ, indulsit. Vid. latius Hunn. de feud. c. ult. p. 216. qui contrasententium argumenta resolvit.

CAP.



## CAP. ULTIMUM.

## Singularia Impuberum in Criminalibus annectit.

§. 1.

Expositis negotiis civilibus, sequuntur nunc specialia Impuberibus in **causis criminalibus** tributa. Quamvis enim absq; ratione & causâ sufficienti pœnæ à jure vel consuetudine introductæ mitigari nequeant. *l. 1. §. 3. ad Scf. Turpill. l. 15. in pr. ff. ad municip. l. 14. C. de pœn.* Nihilominus tamen certæ quædam causæ mitigandarum pœnarum ab Interpretibus proponuntur, inter quas præcipuè eminent minor seu tenella ætas. *l. 108. de R. J.* quia enim delictum ex judicio & animo doloso delinquentis æstimari debet. *l. 1. ad l. Cornel. de Sicar. l. 53. pr. ff. de furi. l. 33. ff. de injur. l. 23. §. 2. ff. de Edil. Ed.* Impuberes autem perfectum judicium & consilium non habeant. *c. 1. de sentent. Excommun.* utiq; mitius puniendi sunt. *c. 1. de delict. puer.* ita tamen, ut pro ratione ætatis minimæ vel perfectioris diversimodè coerceantur. Prosp. Farinac. *in Prax. Crim. p. 2. quest. 92. n. 3.* Theodor. *in Colleg. Crim. Diss. 10. th. 4. lit. E. B. Dn. Carpz. Prax. Crim. p. 3. q. 143. n. 3.*

§. 2.

Itaque in supplicio delinquenti Impuberi irrogando anni & gradus ætatis probè attendi, & secundum numerum annorum, maxime verò secundum doli capacitatem judicari ac sententia ferri debet. B. Dn. Carpzov. *all. loc. n. 4.* Hinc videmus, Infantes, qui furiosis assimilantur *l. 60. ff. de rei vind. l. 9. ff. de acquir. hered. l. 1. §. 2. ff. ad L. Aquil. §. 9. l. de inutil. stipul.* atque cum dormiente *in Clem. un. de homic.* conjunguntur, propterea quod neque scire neque decernere aliquid possint. *d. l. 9. de acquir. hered. l. 1. in fin. C. de fals. mon. l. 1. §. 13. ff. de Obl. & Act.* ita ut consilii innocentia eos non immeritò tueatur. *l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.* Petr. Theodor. *cit. loc.* Magn. Dn. Richter / *p. 1. dec. 1. n. 43.* ex delicto non obligari, nec pœnam aliquam incurere. *l. 7. C. de pœn.* quam conclusionem frequentiori Doctorum calculo esse approbatam ex Plac. *lib. 1. Delict. c. 32.* refert Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. quasi. 60. n. 2.* Add. Menoch. *de arbitr. jud. quasi. lib. 2.*

F 2

cas.

*caf. 329. n. 1. Jødoc. Damhoud. in Prax. Rev. Crim. c. 48. n. 1. Gail. 2. Observ. 110. n. 31. Petr. Theodor. jam dum cit. loc. B. Dn. Carpz. d. quest. n. 9. Magnif. Dn. Struv. Ex. 48. th. 10. Dn. Philipp. in lusu Prax. ad Instit. lib. 4. Eclog. 8. n. 1. & seq.*

§. 3.

Unde sequitur, quod (1) in Infantes furtum non cadat. *l. 23. ff. de furt.* quia furtum sine affectu furandi non committitur. *§. 18. J. de Oblig. qua ex del. nasc.* qui tamen in Infantibus deficit. *Bonifac. de furt. §. animo lucri fac. n. 106.* (2) si 'perdiderint aut corruperint aliquid, impunè id faciant, per *l. 60. ff. de Rei. vind.* (3) si damnum dederint, idem juris obtineat ac si furiosus dederit. *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* (4) si hominem occiderint *L. Cornelia de Siciariis non teneantur. l. 12. ff. ad L. Cornel. de Siciar. ibiq. latius Hippol. de Marfil. Clem. 1. de homicid. Gilhaufen. in arborf. jud. crim. c. 2. tit. 12. n. 52. Prosp. Farinac. lib. 3. Prax. Crim. quest. 92. n. 54. & 114. it. quest. 93. n. 1. Harprecht. ad §. 5. J. de Public. Jud. n. 224. B. Dn. Carpz. p. 1. Pr. Crim. q. 27. n. 1. & seq.* ideoque nec *L. Pompeia de Parricidis* conveniuntur. *l. 9. §. 2. ff. ad L. Pompej. de Parricid. l. 14. ff. de Off. Presid. junct. l. 5. ff. de R. J. & §. 9. J. de inutil. stipul.* nec jure Canonico, si hominem mutilent aut occidant ullam irregularitatem, quæ est impedimentum, quo quis prohibetur ordinem suscipere Ecclesiasticum, aut in suscepto administrare, incurrunt. *Clem. un. de homicid. volunt. & caf.* Magnif. Dn. Richter / *d. p. 1. dec. 1. n. 44. & 45.* Hoc tamen solummodo de coërcitione judiciali atque legali intellectum volumus. Secus est in castigatione paternâ, quia, non obstante imminutione à pœna legibus determinata, rectè nihilominus servilæ parentum aut præceptorum subjici possunt, per ea quæ tradunt. *B. Dn. Carpzov. p. 3. Pr. Crim. quest. 143. n. 20. Magnif. Dn. Richter / d. Dec. 1. n. 46. & Nobiliff. Dn. Beckmann / in prælect. publ. ad Schnob. D. 4. th. 21. verb. atrociter.*

§. 4.

Hiscæ præsuppositis, facillè inde concludi potest, quod Infantes quoque torturæ sint exempti. Sicut enim in pœnis

irro-

irrogandis voluntas & animus hominis probè attendendus est, ita & in tormentis decernendis imbecillitatis, quoad intellectum & iudicium, ratio haberi debet. Certissimi quippe juris est, quod reus tormentis aliter interrogari non possit, quam si conditio personæ hoc patiatur. *l. 3. §. 1. C. de quest.* quia tortura est res fragilis, quæ sæpius veritatem fallit. *l. 1. §. 23. ff. de quest.* contra cujus asperitatem ætas ipsos interim tueri videtur. *l. 10. pr. ff. de quest.* B. Dn. Carpzov. *p. 3. quest. 118. n. 8.* Neque solum Infantes, sed & reliqui Impuberes à tormentis liberantur per *d. l. 10. pr. de quest. l. 15. §. 1. eod. l. 1. §. 33. ad Sct. Silan.* Licet enim hos imbecillitas iudicii, si sc. sint pubertati proximi, ab omni poenâ non excuset, quæstioni tamen neutiquam sunt subijciendi, ne ex infirmitate iudicii & timore tormentorum, qualis in ejusmodi personis infirmioris intellectus præsumitur, extorqueatur confessio delictorum, quæ forsan perpetrata nunquam fuerunt. Carer. *in Pract. Crim. tit. de torturis. §. circa tertium. n. 37.* Gomez. *Tom. 3. Var. Resol. c. 13. n. 3* Zanger. *de quest. & tortur. c. 1. n. 33.* Bocer. *de quest. & tort. c. 4. n. 6.* Petr. Theodor. *in Coll. Crimin. Disp. 9. th. 10. lit. B. B. Dn. Carpzov. Pr. Crim. de quest. 118. n. 10.* Magnif. Dn. Richter/ *d. Dec. 1. n. 59.*

§. 5.

Hoc tamen de ipsa tantum tortura accipiendum est, non etiam de territione. Licet enim Impuberes pubertati proximi torqueri nequeant, terreri tamen possunt, vel alio tormentorum leviori genere, mit *Ansehung der Daum-Stöcke/ affici, & habenis vel ferulâ cædi. l. 1. §. 33. ff. de Sct. Silan.* Prosp. Farinac. *p. 1. Pr. Crim. q. 41. n. 17.* Zanger. *d. c. 1. n. 35.* Petr. Theodor. *cit. loc.* B. Dn. Carpzov. *all. quest. 118. n. 14.* Magn. Dn. Richter/ *d. Dec. & n. præpimis in crimine læsæ Majestatis, de quo quando quæritur, omnes omninò cum res exigit, torturæ subijci possunt. l. 10. §. 1. ff. de quest. arg. l. 3. & 4. C. ad L. Jul. Majest. propter facinoris hujus gravitatem, ob quam etiam contra l. 26. ff. de poen. non solum autor ipse, sed etiam liberi ipsius, quoad bona puniuntur, infamia notantur, omniq̃ue penitus successione & testamenti factione privantur. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. Add. Alciat. *Consil. 417.* & Magn. Dn. Struv. *Ex. 49. th. 20.**

F 3

§. 6.

Impuberes infantia proximos quod attinet, quia communiter etiam dolo carent, atque Infantibus æquiparantur, ab omni ferè pœna, perinde ut infantes, liberantur. arg. §. 9. *f. de inutil. stipul. c. 2. de delict. puer. l. iii. ibiq. Doctores. ff. de R. J. l. 5. §. 2. ff. ad Aquil.* Et hæc est omnium recepta sententia, ut dicit Placa lib. 1. *Delict. c. 32. n. 6.* Add. Tiraq. *de pœn. temper. c. 7. n. 6.* Gail. 2. *Observ. 110. n. 31.* Theodor. in Coll. Crim. D. 10. *th. 4. lit. E.* Gomez. 3. *Var. Resol. 1. n. 57.* Zobel. p. 4. *Diff. jur. Civ. & Saxon. diff. 1. n. 9.* Coler. p. 1. *Dec. 102. n. 7.* ubi infantia proximos impunes declaratos testatur. Carpzov. *quest. 143. n. 30.* Magnif. Dn. Richter *Dec. 1. n. 48.* & Dn. Philipp. in *Uf. Præf. ad Instit. lib. 4. Eclog. 8. n. 5. & seq.* Interim tamen notandum, si iudex in hisce Impuberibus aliqualem malitiam & doli capacitatem deprehendat, quod in totum à pœna Magistratus non excusentur, sed arbitrariè, etsi non severiori aliqua pœna, tamen in carcere pro ratione delicti puniri & castigari possint. Magnif. Dn. Richter / *d. Dec. & Nobiliff. Dn. Wehmann / cit. præf. ad Schnob. D. 4. th. 21.* quod assertum ab Illustri Dicasterio Jenensi non solum M. Sept. 1663. sed etiam M. Januar. currentis anni per subsequens elegans responsum confirmatum est; *Als ihr uns Inquisition Acta Annen Marien W. N. zu W. Töchterlein ein Mägdelein von 9. Jahren betreffend Z. B. B. K. D. G. D. Sp. Wir vor Recht/ daß gedachtes Mägdelein wegen des schrecklichen Lasters der Hexerey durch den Gerichts-Knecht privatim mit Ruthen/ jedoch aber daß in Streichen gebührliche Masse gehalten werde/ zu züchtigen/ darbey ihr mit allen Ernst zu untersagen/ sich hinführo vor diesen schrecklichen Laster und losen Händeln wohl vor zu sehen/ damit ihr nicht was ärgers wiederfahren möge/ zu welchen Ende dasselbige von ihren Eltern/ wen einige Execution wegen dieses schrecklichen Lasters vorgehet/ an die Gerichts-Stelle mit zu führen/ und darbey ernstlich zuerrinnern/ damit es desto eher hierdurch bewegen werden und von diesen schrecklichen Laster abstecken möge. Hierüber und nechst diesem ist bemeldtes Mägdelein in daß gemeine Kirchen-Gebeth einzuschliessen/ und vor dasselbige von der ganzen Christlichen Gemein zu bitten/ auch solches den Predigern Göttliches Wortes/ sic*  
von



von diesem schrecklichen Laster ab zumahnen/ und eines bessern aus  
Gottes Wort zu unterrichten/ zu untergeben auch sonsten von  
ihren Eltern in guter und fleißiger Obacht zu halten. D.  
N. W.

S. 7.

Diversa ratio est pubertati proximorum, de quibus lo-  
quitur *c. 1. de diet. puer.* ut demonstrat Magnif. Dn. Richter/ *Dec.*  
*1. n. 12.* Hi cum regulariter doli, unde delicta aestimantur, capaces  
sint, iudiciumque habeant, delinquere censentur, eaque propter  
ab omni poena haud quaquam immunes esse possunt per *l. 7. Co.*  
*de pen. l. 14. ff. de Sct. Silan. l. 23. ff. de furt. l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.*  
*l. iii. de R. 7. §. d. c. 1. de del. puer.* Ex quibus textibus manifestè  
liquet, quod impuberes propter commissum delictum puniri  
debeant, utut à poena ordinaria ob infirmitatem iudicii sint  
exempti. Licet enim dolosum possit esse Impuberum iudicium,  
attamen infirmius est propter naturæ infirmitatem, ut ita minor  
perversitas in eis, quam in majoribus appareat, adeoq; cessante  
ordinaria poena, mitius & extraordinaria quadã pro arbitrio iu-  
dicis plestendi sunt, prout communiter sentiunt Doctores. Vid.  
Joseph. de Sess. *Tom. 2. Decis. Regn. Arrog. 212. per tot.* Vincent.  
Carot. *de minor. delict. excus. quest. 1. §. 8.* Bertaz. *Consl. Crim. 143.*  
*n. 14. it. Consl. 319. n. 4.* Tiraq. *de pen. temp. c. 7. n. 6.* Theodor. *in*  
*Colleg. Crim. Diss. 10. tb. 4. lit. E.* B. Dn. Carpz. *quest. 143. n. 22.*  
Schulg. *in Syn. Inst. ad tit. de Oblig. qua ex del. nasc. Lit. L. Dn. Hahn.*  
*ad Wef. ff. de furt. n. 15.* Dn. Philipp. *jam dum cit. Eclog. 8. n. 12.*  
Magnif. Dn. Richter/ *Dec. 1. n. 57.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 48. tb. 10.*  
& Nobiliss. Dn. Wechmann. *d. prelect. ad Schnob. D. 4. tb. 21.*

S. 8.

Unde Impuberes poena capitali non affici, sed eorum,  
penam semper citra mortem vel membri mutilationem  
esse dicit Clar. *lib. 5. Pract. Crim. §. fin. quest. 20. num. 2.*  
Hippol. *in l. infans. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. n. 15.* Joseph. de  
Sess. *ad loc.* Et Bald. *ad l. 3. c. ex quib. caus. infam. n. 10.* asserit,  
quod pupillus committens homicidium, licet sit doli capax, non  
tamen decapitari debeat. Idem confirmatur partim per *l. 6.*  
*pr. ff. ad L. Jul. pec.* ubi sacrilegii insignis poena, habita ratione  
ætatis

ætatis minuitur, partim verò per jus Saxonicum *art. 65. lib. 2*  
*LandR. in verb. Kein Kind mag unter seinen Jahres was thun/*  
*da es seinen Leib mit verwicklen kan &c.* qua verba tamen poenam  
arbitrariam & mitiorem coërcitionem non excludunt. Schnei-  
devv. *ad pr. J. de autor. Tut. n. 20. B. Dn. Carpzov. p. 4. Const. 11.*  
*def. 1. & 2. it. p. 3. Prax. Crim. quest. 143. Magnif. Dn. Richter/*  
*d. Dec. n. 57.*

§. 9.

Consistit illa extraordinaria poena in carcere, ita tamen  
ut Impuberes pro ratione malitiæ & doli virgis simul cadantur,  
& postmodum dimittantur. Dn. Carpzov. *d. q. 143. n. 40. Nobi-*  
*liff. Dn. Bechmann/ cit. praelct.* relegatione, vel, si de insigni  
ipsorum malitia constet, fustigatione. Dn. Carpzov. *d. l. n. 44.*  
*Georg. Schults/ ad d. tit. de oblig. quæ ex del. lit. L. Dn. Hahn-*  
*alt. loc. Dn. Philipp. cit. Ecl. 8. n. 12. & Nobiliff. Dn. Bechmann/*  
*alleg. praelct.* non autem in severiori aliqua coërcitione, quia  
ætati parcendum & imprudentiæ. *l. 108. de R. l. quæ ut culpam*  
*communiter, ita etiam poenam diminuerere solet. Menoch. lib. 2.*  
*arbitr. jud. quest. c. 329. n. 2. Zesl. ad ff. de pæn. n. 25. Magn. Dn.*  
*Richter/ d. Dec. n. 57.* adeò ut nec mortis poena post pubertatem  
infligi queat. Gloss. *in l. 10. C. de leg. hered. Covarruv. ad Clem.*  
*un. de homic. volunt. p. 3. in pr. n. 5. Zesl. ad ff. de pæn. n. 26.* Nihil-  
ominus tamen fieri potest, ut ob inexcusabilem & planè supi-  
nam malitiam, si sc. omnes dehortationes spernentes refractariè  
resistunt, atque quod prohibitum est, quamvis sciant, non ob-  
stante prohibitione, peragere tentant, quandoque ultimo sup-  
plicio plectantur. Id quod præter generalitatem *l. 14 ff. de Stf.*  
*Silan.* Sanctio Carolina Criminalis *art. 164.* disertè comprobatur,  
quando poenam mortis reis impuberibus irrogari permittit *in*  
*verb. Wie ein solcher junger Dieb/an Gurt/Leib und Lebe zu straffen*  
*sey ic.* Vid. Matth. Stephan. *ad d. art. 164.* Ac licet ibidem agatur  
saltem de crimine furti, quin tamen in criminibus & delictis  
furto atrocioribus idem obtineat, dubitandum non est. B. Dn.  
Carpzov. *d. quest. 143. n. 48. & seq. Georg. Schults/ alt. loc. Dn.*  
*Philipp. cit. Eclog. n. 14. Magnif. Dn. Richter/ cit. Decis. 1. n. 58.*  
*Nobiliff. Dn. Bechmann/ laud. praelct. ad Schnob. D. 4. th. 21.*  
Nequa-

Nequaquam tamen aduersus Impuberes ultimum supplicium decernendum erit, nisi propè annum 14. egressi, ex supina malitia spem correctionis adimente, delictum commiserint atrocissimum, vel cum eiusmodi qualitatibus, quæ crimen atrocissimum multum aggravant. Horum enim requisitorum unico saltem deficiente ad mortis supplicium nullo modo deveniri potest. Vid Carpzov. *all. quest. 143.* Interim etiam tali casu, ubi pœna ordinaria locum habet, si sit severior, à Principibus propter ætatem tenellam in aliam mitiorem plerumque mutari solet, per ea quæ tradit Nobiliss. Dn. *Beymanns cit. prælect. secundo conu. s. 10.*

Aliis Criminibus in *cit. c. 1. de delict. puer.* Gregorius IX. Pontifex opponit delicta carnis, quæ à libidine Veneris profiscuntur, eujus modi sunt stuprum, adulterium & alia, quorum octo cum Prosp. Farinac. *p. 4. Prax. Crim. tit. de delict. carn. 16.* recenset Dn Hahn. *ad L. Jul. de adult. n. 1. add. Magn. Dn. Struv. Ex. 48. 16. 23. & seq.* atque de his nullo modo Impuberes teneri Doctores communiter putant propter *all. c. 1.* Id quod legibus civilibus quoque est consentaneum. Ita enim Papinianus in *l. 36. ff. ad L. Jul. de adult.* inquit: Si minor annis adulterium commiserit L. Julia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit. Idem etiam in *l. 38. §. 4. ff. eod.* proponitur. Statuit quidem Jul. Clar. *lib. 5. Pract. Crim. §. fin. quest. 60.* quod ratione delictorum carnis mitius saltem cum Impuberibus agendum sit. Verum quia jure Canonico, quo de res vertitur, impubes non est, qui ex habitu corporis & delinquendo pubertatem ostendit. *c. 3. de despons. impub.* ipsi assentiendum non erit. Præsumuntur Impuberes tamdiu inhabiles ad coitum, usque dum præsumptio per contrarium factum tollatur, quod efficit, ut is, qui pubertatem jure civili præscriptam corporis habitu antevertit, pro Impubere non amplius habeatur. Socin. in *c. 1. de delict. puer. n. 7. & 17.* Gilhauf. in *arbor. jud. Crim. c. 2. tit. 18. n. 9.* Neque Papinianus in *all. leg.* hoc vult, quod nullo modo nulloque casu Impuberes adulterium committere possint, sed quod non possint, si malitia ætatem non suppleat. Unde stupri ream fieri posse puellam minorem duodecim annis patet ex

R. 13. § 8. ff. ad L. lul. de adulter. adeoque in casu supervenientis malitiæ de jure Canonico non excusantur, sed puniuntur tanquam puberes, nisi miseratio ætatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit, ut loquitur l. 37. §. 1. ff. de minor. Anton. Gomez. Tom. 3. Var. Resol. c. 1. n. 6. Et seq. Canif. ad c. 2. §. 30. de despons. Impub. n. 1.

§. II.

Sed quid si masculus pubes cum puella impubere delictum carnis committat, adeoque ipsi stuprum inferat, quid tunc obtineat queritur? Et siquidem volenti ac consentienti illatum fuerit, cessante pœnâ capitali alia extraordinaria locum habebit, per ea quæ Thom. Grammat. Dec. Neapol. 22. Egid. Bos. in Pract. Crimin. de coit. damn. n. 64. Et seq. ac alii tradunt, quod etiam Elect. Saxonix. p. 4. Const. 31. probavit in verbis: Da aber einer/ ohne Nothwehr/ oder jugendliche Gewalt/ ein solch Kind fleischlich erkant/ derselbe soll mit Staupenschlagen unsers Landes ewig verwiesen werden. Nisi quis plane cum infantula cojerit, quod factum utique pœnam mortis meretur. Petr. Caball. Cent. 1. resol. crim. cas. 20. n. 9. Berlich. p. 5. Concl. 42. n. 16. B. Dn. Carpov. d. Const. 31. def. 3. Et p. 2. Prax. Crim. quest. 75. n. 39. Si vero per vim puella nondum viri potens corrupta fuerit, sine ullo dubio pœna capitali in ejusmodi Stupratorem animadverti debet, tum de jure Civili propter l. 38. §. 3. ff. de pœn. Add. Thom. Gram. Dec. 21. n. 1. Bos. cit. loc. Johan. Faber. ad §. 4. Inst. de publ. jud. tum de jure Saxonico per d. Const. 31. so soll der Thäter mit dem Schwert gestraffet etc. Vid. Carpov. ad eand. Const. def. 1. Et d. q. 75. n. 27. Magn. Dn. Struy. Ex. 49. ib. 40. Sed cum ad hoc ut morte mulctari possit, qui immaturam stuprat, alleg. Constitutio non vim tantum requirat, sed & delictum fuisse perfectum in verb. Und das Werck mit ihr verbracht würde etc. Ideo, quia sufficit, tantum Stupratorem fecisse, quantum in se fuit & ad coitum satis est, ut putat Petr. Caball. d. cent. 1. Resol. Crim. c. 20. n. 9. hoc posterius obstetricum, aut aliarum honestarum & peritarum foeminarum judicio committendum, illarumque assertioni in eo acquiescendum erit. c. 4. ibid. Felin. n. 9. c. 14. de Probat. Bero. lib. 1. Consil. 33. m. 12. Curt. de Test. n. 19. Et 32. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. licet

licet non de veritate, at tamen de credulitate deponant. Dan. Moller. ad. Const. 31. p. 4. n. 4. Carpz. ibid. Def. 1. n. 12. iv. cit. Quæst. 75. n. 3. Et tantum etiam de Criminalibus monuisse sufficiat.

Plura quidem de nobilissima & utilissima hac materia dicenda fuissent; Verum cum præter spem præsentis pagellulæ videantur satis excrevisse, idè vela contrahò, & alij occasione reliqua non præcido, interim huic labori non omnibus numeris, ut facile agnosco, absoluto censuram placidam apprecor. Anxietates enim & repentinae vices, quæ homini sunt, non tam perfectum præsentis materiae opus, quam operis quandam Scigraphiam exhiberi voluerunt, quam interea Lectoris benevoli committo favori & candori. Tibi verò ALME DEUS! cui primas hujus Exercitii dicavi, etiam exodium sacrum esto. Gratias TUÆ MAJESTATI supplicibus manibus refero nunquam unquam finiendas, quod non solum ad elaborationem publici hujus Speciminis in tam curta Eruditionis supellectile Ingenii vires Dotibus cœlestibus adornare, sed etiam, per tempus Studii juridicis in Academiis consecratum, gratiosissima, SPIRITUS SANCTI assistentia mihi succurrere atque inopia suppressas Musas PATRONORUM beneficentiâ sublevare clementissimè voluerit. Publicè enim hac in re, non sine laude ac summa gratitudine, Nobilissimi DN. PRÆSIDIS, Patroni mei filiali observantiâ sanctè prosequendi, veneror benignitatem, quam mihi per integrum fermè Sexennium, præstatione gratuiti victus & hospitii, imò & svavissimâ & fidelissimâ Informatione, pro consuetâ suâ celeberrimâ Humanitate, ad Studiorum meorum maximum incrementum uberrimè exhibuit. Quoad vitam summam illam beneficentiam deprecadicabo, interim gratissimâ mente agnosco, adeoque redhostimenti loco tum observantiam filialem & cultum humillimum, tum verò preces indefessas pro totius amplissimæ FALCKNERIANÆ FAMILIÆ incolumitate saluberrimâ repono. S. S. Trinitatem supplici pede exorans, velit Benefactorem hunc summum in Reipublicæ literariæ insigne emolumentum omnigenâ prosperitate & quacunquæ felicitate gratiosissimè beare.

O 2

Dum

**D**um certamen inis, defen-  
dens jura minorum,  
Majorum meritò præmia  
larga feres.

*Ita h. & b. c. gr.*

Christoph. Philip. Richter/ D. Com.  
P. C. Collegii Jur. Ordinarius & P. P.

**A**sfidue incumbis studiis, sit  
prospera, LINCKI,  
Sors, absint longè fata *sinistra,*  
precor!

*Eximio DN. LINCKIO Amico meo, properante  
calamo, his mentem benevolam  
exhibeo*

Georgius Adamus Etruve/ D.

**S**olenter puerum meditaris  
jura referre,  
Quod probat auratâ fronte  
patrona Themis.

Au-

Aurea sit merces, veniat mox  
aurea Praxis,  
Hanc quia mercedem po-  
stulat iste labor.

*Præximo atq; Literatissimo DN. LINCKEN, J. U. C.  
indefesso, Amico suo dilecto grat.  
ergò adponeb.*

Ernestus Fridericus Schröter, D.  
& P. P.

---

I Ngenium, doctusque tuus labor  
improbis Orbi  
Jam patet, hinc capies sum-  
ma brabea *brevi.*

*Per Eximio Dn. Autori amicè  
gratular.*

Johann Volk. Bechmann / D.  
& Panck. Prof. Publ.

---

D ifferis, & strenuè defendis  
jura *Minorum,*  
Quid ni *Majorum* sic mereare  
locum. Per-

Perge, Tibi ingenium, Can-  
dor, pietasq; laborq;  
Queis polles, facient præ-  
mia *summa* dari.

*Gratulab. Amico Imq. f.*

Erhardus VVeigelius, P. P.

---


**I**Mpubi, monstras doctè, quid  
jura ministrent:  
Sic Juris Doctor; sicque pe-  
ritus eris!


*Praclarissimo DN. LINCKIO J. U. C. meritis-  
simo, Fautori atque Amico suo longè honora-  
tissimo, fausti ominis e. hac adposuit,*

*M. David Lipach/ E. J. Diac.*

**F I N I S.**







AB: 152953.

ULB Halle

3

003 011 747



*Handwritten mark*

Vd. 17







49  
Caeleſti ſoſpitante Nutu!  
Suffragio atq; autoritate  
Magnifici in Inclvta ad Salam Academia Jctorum Ordinis,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTIS-  
TISIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. JOHANNIS CHRISTO-  
PHORI *Falschners* Jcti & Antecessoris famige-  
ratisſimi, Conſilarii Saxonici graviſſimi, Curiae Provincialis,  
Scabinatus & Facultatis Juridicæ Aſſeſſoris meritiſſimi, h. t.

DECANI ſpectabilis,  
Domini Praeceptoris, Patroni atq; Mæcenatis ſui per multos annos  
uti benefici, ita filiali honore & obſervantia ſanctè colendi.

DISCURSUM HUNC LEGALEM

JURIBUS IMPVBE-  
RUM SINGULARIBUS,

Von Begnadigung- und Frey-  
heiten der Unmündigen/

Occaſione §. 9. I. de inutil. ſtipul. l. un. C. quand. Imper. inter pup.  
vel vid. & c. 1. de delict. puer. conſcriptum,

Placidæ Eruditorum diſquiſitioni & Cenſuræ in Phronti-  
ſterio Themidos

ad diem Octobr. 1667

ſiſtit

HENRICUS *Linck* / Sorbigâ Miſn.

AUTOR.

JENÆ, Typis WERTHERIANIS.

22

*H. Sauer*